



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Gp 83, 873


The gift of

PROF. WERNER JAEGER

HARVARD COLLEGE LIBRARY

ERNST GÖTTSC
HOLTENAUERST
BUCHB. BUCHDR.





PROSOPOGRAPHIA

PLATONICA.



PROSOPOGRAPHIA PLATONICA,

SIVE

EXPOSITIO JUDICII, QUOD PLATO TULIT DE
IIS, QUI IN SCRIPTIS IPSIUS AUT LO-
QUENTES INDUCUNTUR, AUT QUAVIS
DE CAUSA COMMEMORANTUR.


AUCTORE

G. GROEN VAN PRINSTERER.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.

MDCGCKXIII.

Gp_v 83. 373



VIRIS DOCTISSIMIS

JANO BAKE,

JUR. UTR. DOCT. PHIL. THEOR. MAG. LIT.
HUM. DOCT. IN ACADEMIA LUGDUNO-
BATAVA PROFESSORI,

ET

JOHANNI KAPPEYNE VAN DE
COPPELLO,

PHIL. THEOR. MAG. LIT. HUM. DOCT. GYM-
NASII HAGANI RECTORI.

*Cum scribendae hujus Disputationis, Virt.
Eruditissimi! tum Vobis inscribendae consilium
uno eodemque tempore cepi. A Platone didico-
ram, quod animo jam antea arbitror inscriptum
fuisse, oportere iis, quibus multa debes, gratiam,
quamvis nequeas referre, at semper habere, et prae-
tereferre, quotiescunque commode possis. Quamquam
non diffiteor ipsius quoque libelli rationes idem
suasisse. Nimirum nomina vestra, quae in lite-
ris inclaruerant, praeponendo, spera: am scrip-
tio-*

sioni meae aliquid accessurum commendationis et ornamenti. Sed, uti haec non mediocriter, multo vehementius tamen cogitatio me prior illa movebat, quod nihil jucundius mihi poterat esse, quam animi mei sensum, privatim Vobis saepissime significatum, publice profiteri. Vobis, quidquid in Literis profeci, sive Graecis, sive Latinis, refero acceperum, Vobis, inquam, et BORGERO Vestro, cui utinam, ut tertius fuit studiorum adjutor, sic tertio gratias agere possem! Quod si aut illius, aut Vestra institutio non nisi viam aperiret ad Veterum scripta intelligenda, jam sic non sine causa gratus existimarer: verum praecleariora me, si modo didici, docuistis: Literarum non parvam quandam esse, neque ad delectationem exigui temporis utilitatem: sed in ipsarum studia toto pectora idcirco incumbendum esse, ut sensus honestatis atque elegantiae, quo optimam nostri partem censeri oportet, ne jaceat neglectus; verum ut exempla intuenso, in quibus cernitur imago pulcri bonique, ad majorem

rem in dies praestantiam excoli possit. Quod cum Vobis primum credidissem, mox Platone vel in primis terendo ipse intelligere coepissem; tantus me cepit ardor cognoscendi eximia antiquorum ingeniorum monumenta, quem ali scriptio- nis proposito in lucem mittendae, non erat, opinor, ne exstingeretur, necesse. Vobis ta- men hortantibus obtemperandum esse duxi: ne aut inertiae gratificari, aut certe plus opinioni meae tribuisse, quam iudicio Vestro viderer. Materlem igitur sumsi, in qua ela- boranda utraeque deliciae meae, Platonis et Historiae studia conjungerentur: et, cum Pla- tonicam Prosopographiam scripturus essem, ar- gumentum videbar elegisse ejusmodi profecto, quod nonum premeretur in annum. Atqui cum Disputatione Academica praeclare solet agi, si licuit ipsam in nonum premere mensem. Quare in summa et brevitate temporis et fa- cultatis tenuitate, nil, quaeso, exspectetis a me scriptum esse, aut Platone non prorsus in- dignum, aut Vestra sive doctrinâ reconditâ et

=

exquisitâ, sive incredibili diligentâ, sive singulari elegantâ dignum. Quamquam equidem, qui metuo existimationem peritorum, idem ille Vestrum, Peritissimi Viri! iudicium non extimesco. Novi enim, benevolentia Vestra munusculo, caeteris levi, quantum sit ponderis additura. Hanc, si non alia re, sed caritatis magnitudine non immerito sum adeptus, Sic enim habete, neminem esse, qui magis Vobis ex animo devinctus sit, et longum prosperae vitae cursum optet; idque tum literarum ac patriae, tum meâ ipsius quoque causâ, qui magnam felicitatis meae partem Vestrâ felicitate arbitror contineri. Scripsi Lugduni Batavorum, d. xxvi. Novembris, A. MDCCCXXIII.



CON-

CONSPECTUS OPUSCULI.

INTRODUCTIO. Pag. 1

P A R S P R I O R.

DE HIS, QUI SOCRATEM AETATE ANTECES-
SERUNT. 5

CAPUT PRIMUM.

DE ANTIQUISSIMIS TEMPORIBUS AD HOME-
RUM USQUE ET HESIODUM. 6

CAPUT SECUNDUM.

DE HIS, QUI AB HOMERI ET HESIODI AE-
TATE AD INITIA USQUE PERSICI BELLII
FLORUERUNT. 12

CAPUT TERTIUM.

AB INITIO BELLI PERSICI USQUE AD SOCRATIS ÆTATEM.	29
--	----

PARS ALTERA.

DE SOCRATIS ET PLATONIS ÆQUALIBUS.	43
--	----

CAPUT PRIMUM.

DE PHILOSOPHIS.	44
-------------------------	----

SECTIO PRIMA.

<i>De Socraticis.</i>	46
---------------------------------	----

SECTIO SECUNDA.

<i>De Pythagoricis.</i>	57
-----------------------------------	----

SECTIO TERTIA.

<i>De Eleaticis.</i>	70
--------------------------------	----

CAPUT SECUNDUM.

DE SOPHISTIS. 77

SECTIO PRIOR.

De iis, qui eximie dicuntur Sophistae. . . . 79

SECTIO ALTERA.

*De Sophistis, qui in primis eloquentiae studia
pro se ferebant.* 96

CAPUT TERTIUM.

DE VIRIS, QUI IN ADMINISTRANDA REPUBLICA
VERSATI SUNT. 119

SECTIO PRIOR.

De rerum civilium administratoribus. . . . 121

SECTIO ALTERA.

De belli ducibus. 142

CAPUT QUARTUM.

DE POËTIS. 153

SECTIO PRIOR.

De Tragicis. 156

SECTIO ALTERA.

De Comicis. 172

CAPUT QUINTUM.

DE IIS, QUI CAËTERARUM ARTIUM DOCTRINARUMVE STUDIIS INCLARUERUNT. . . 184

SECTIO PRIOR.

De iis, qui artes doctrinasve professi sunt ad animi cultum pertinentes. 185

SECTIO ALTERA.

De iis, qui artes doctrinasve professi sunt ad corporis valetudinem pertinentes. 192



Pag.

CAPUT SEXTUM.

DE HIS, QUI PRIVATAM VITAM AGENTES
COMMEMORANTUR. 200



*Tanta est in Platone bonorum copia, tantaque
divitiae, ut variis sufficiat materiam studiis, et
unusquisque discendi cupidus habeat, quod ex eo tol-
lere possit.*

WYFFENBACHIIUS.

PROSOPOGRAPHIA PLATONICA,

SIVE EXPOSITIO JUDICII, QUOD PLATO
TULIT DE IIS, QUI IN SCRIPTIS IP-
SIUS AUT LOQUENTES INDUCUN-
TUR, AUT QUAVIS DE CAUSA
COMMEMORANTUR.



INTRODUCTIO.

Etsi vix potest is, qui Platonis amore incensus est, sibi ipse, cum de illo dicit, moderari; vereor tamen ne, si multus fuerim in laudibus ejus, videar in ipso hujus descriptionis introitu ineptus. Nimirum praestabit, quoniam constat, quo rectius quisque de his rebus potuit judicare, eo magnificentiorem de Platone sententiam prae se tulisse, rem non agere sexcenties actam et, quare hunc scripserim libellum, simpliciter declarare. Equidem qui ex literarum studiis innumerabiles fructus voluptatesque arbitror percipi posse, nihil tamen aut magis utile, aut dulcius unquam existimavi, quam

veterum monumentis populorum meditandis ad antiquitatis, ut ita dicam, indolem penetrare. Itaque, posteaquam Platonis incredibili suavitate, gravitate, sublimitate delinitus ad ejus lectionem adhaerescere coepissem; ut alia infinita omittam, hoc mirifice ardorem amoris auxit, quod multa historiae loca, quae caeteri scriptores aut praetermisissent, aut non nisi leviter tetigissent, Platonis scriptis expleri intelligebam. In primis mirabar artem, quae in plerisque Dialogis, prope dicam in omnibus, colloquentes depinguntur ita, ut audire ipsos et videre videre. Quod si illi inducerentur, quorum parvum, aut nullum esset in historia nomen, jam sic Platonis scripta, hac quoque de causa, cum suavitatis, tum ad Graecarum rerum cognitionem utilitatis plurimum afferrent: nunc vero inducuntur ii, qui in ipso flore civitatis, ingenio atque doctrina magis etiam quam armis principatum in tota Graecia tenentis, sive rerum bellicarum gloria, sive pacis artibus, sive eloquentia, sive urbanitate excelluerunt. Viros cernere tantos, non multo publicae lucis splendore cinctos; ac cernere nudatos omni pompa et apparatu, detractis omnibus ornamentis, non quales nobis, posteris suis, videri voluerunt, sed quales acerrimo aequalium existimatori visi sunt, veluti in scenam Platoniam prodeuntes: haec igitur mediocritas censebitur, et non mira potius ac singularis voluptas? Ego certe ita mecum ipse cogitabam: videmus historicorum opera curiosè evolvi, ut res discantur a veteribus gestae: ruderibus et cujusvis generis reliquiis

cum

eum ipsorum memoria, aliqua ex parte, conjunctis delectati multos; peregrinationes ad loca, quae habitauerunt, quoniam antiquitatis vestigia servare putantur, infinito cum labore atque periculo suscepisse nonnullos: quanto acriori studio ad Platonem nos ferri et rapi oportet, qui umbras illorum quovis in genere heroium veluti ab inferis excitat; qui nos quasi ponit Athenis; in aequalium consuetudinem, confabulationes, convivia; in eandem denique admittit magistri; quo elegantissimo et sapientissimo duce in elegantissima post hominum memoriam civitate ita peregrinamur, ut non indicibus summorum virorum et vestigiis solum commoveamur, sed venire illi ipsi in conspectum prope nostrum videantur. Haec cum saepius meditarer, factum est, ut quidquid in Platone ad notitiam illorum hominum pertineret, cupide investigarem, investigata colligerem, quid multa? pervenirem eo, ut me ex variis lineamentis per libros ejus dispersis quasdam ipsorum tamquam imagines confecisse existimarent.

Mirum igitur non est mihi, cum quaererem Dissertationis Academicæ argumentum, venisse in mentem imagines illas quodam ordine collocare. At hoc opus aggressus, cum incidere in multos, de quibus Plato, etsi loquentes non inducibat ipsos, quid sentiret tamen, significasset: hos praetermittendos non esse et praestare putavi, plus aliquantum impendisse laboris, quam operam omis-
sisse suscepto negotio ita finitimam, ut ab eo vix divelli posse videretur. Hinc scriptio distribuenda
A 2 fuit

fuit in duas Partes, quarum prior versaretur in iis, qui Socrate antiquiores fuerunt; altera hujus ipsiusque Platonis aequales contineret.

Versionem locorum Graecorum Latinam non addidi: si causa quaeritur, respondeo me non habuisse, quam adderem. Omnes enim versiones, in quas incidi; quamvis sine comparatione placebant nonnullae; quam primum ad Platonem rediissem, easdem fateor non placuisse: quoties autem ipse ausus sum operi manum admovere, toties desperavi Platoniam, non dico elegantiam, gravitatem, venustatem, at millesimam harum dotium partem a me exprimi posse.

Caeterum hoc etiam monuisse oportet: me aliorum scriptorum locis eatenus modo usum, quatenus ad Platoniam intelligenda adjuvare videbantur: neque enim Commentationem de vita rebusque gestis eorum, quotquot apud Platonem occurrunt, mihi scribendam proponebam; sed spectabam hoc unum, ut, si Platonis iudicium de illis vel dispersum colligere, vel eruere abditum potuissem, scriptio mea afferret, quae in Prosopographia Platonica postulantur.

P A R S P R I O R.

**DE IIS, QUI SOCRATEM AETATE ANTE-
CESSERUNT.**

Haec pars visa mihi est in Capita sive Periodos commode dividi posse tres. Caput primum ad Homerum usque et Hesiodum pertinet; quorum tempore historiae lumen fabulas paululum coepit remove. Alterum in belli Persici initiis exit, cujus vim in omnes Graeciae res constat permagnam fuisse. Tertium reliqua complectitur.

CAPUT PRIMUM,

DE ANTIQUISSIMIS TEMPORIBUS AD
HOMERUM USQUE ET HESIODUM.

Historia Graeciae oritur ex mythis; in quibus dubium non est veritatem latere; verum ea ornata varietate ita involuta est, ut a ficto prope non possit separari. Itaque Plato maluit in fabulis populari opinioni obtemperare, quam in temerariis conjecturis operam ponere inutilem. Curiositatem illam putabat esse viri *λίαν δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς*, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο, τὸ τῶν Ἴπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι, καὶ αὖθις τὸ τῆς Χιμαίρας· καὶ ἐπιβῆτ' δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων, καὶ Πηγάσων, καὶ ἄλλων ἀμηχανῶν πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγων τινῶν φύσεων. Phaedr. p. 229. D. Edit. Stephani. Ipsius igitur Platonis auctoritate istam Deorum Dearumque turbam, *Δαιμόνων* item et heroūm libenter effugio, caeterum observans id, quod in hoc Capite et sequentis initio teneri oportet; Platonem, poetarum exemplo, veterum traditiones ad proprium usum

accommodasse et mira saepe ratione torsisse; itaque cavendum esse, ne, quidquid apud ipsum de antiquissimorum temporum hominibus occurrit, id historice scriptum existimemus.

Initium fiat ab eo, qui Jovis consilia ad homines transtulisse fertur. MINOS enim

Ἐννέωρος βασιλεὺς, Διὸς μεγάλου δαριχός.

Hujus causam a criminibus duritiei et injustitiae, ὅτι ἄγριος τίς καὶ χλευπὸς καὶ ἄδικος, Plato in Minoë defendit. Rationem, qua Cretam insulam constituit, etiam, Platoni mirifice placuisse libri de Republica et de Legibus declarant: nam in his Cretensium et quae ad normam ipsorum composita fuerunt, Lacedaemoniorum instituta saepissime laudat et partim in sua item civitate obtinere jubet. Cf. Leg. I. p. 631. et passim; inprimis Rep. VIII. p. 547 sq. ubi *τιμοκρατικὴ πολιτεία* describitur. Fratribus usus est adjutoribus ΛΕΑΦΟ et RHADAMANTHO, quibus etiam in Orco judicantibus dicebatur praeesse: Gorgias p. 524. A: tum etiam TALI fratris opera, qui *κώμας* circumibat *νόμους ἐν χαλκοῖς γραμματεῖσις ἔχων*. Minos. p. 320. C. ex quibus verbis si quis *scriptas* fuisse Minoïs leges conficiat, nimis premere hunc locum videtur. Cf. Wolf. in Prolegom. ad Homerum. p. 68,

Minoï in laudis societatem veniunt antiquissimi poëtae, qui humani generis feritatem lenivisse perhibentur, AMPHION, ORPHEUS, MUSAEUS: nam
fuit

fuit-haec sapientia quondam
Publica privatis secernere, sacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare jura maritis;
Oppida moliri: leges incidere ligno.
*Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carmenibus venit.*

Verum Amphion minus frequenter a Platone me-
moratur: vid. tamen Gorg. p. 485. E. Leg. III.
p. 677. D. Orpheus saepissime, qui cum Musaeo

Silvestreis homines sacer interprete Deorum
Caedibus et victu foedo deterruit:

sacrorum auctor, quorum caeremoniis occultis
ad mitius vitae genus traducerentur ii, quos λα-
χεῖν ἔραν τῆς τέλειος Leg. II. p. 669. D. suspi-
carentur. Respiciuntur, ut videtur, Orpheus et
Musaeus in Phaedone p. 69. C. κινδυνεύουσι καὶ οἱ
τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες, οὐ φαῦλοι τι-
νες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι κάλλαι ἀνίττεσθαι ὅτι, θεὸς ἂν
ἀμύητος καὶ ἀτέλειος εἰς ἄδου ἀφίκεται, ἐν βορβόρῳ
κείσεται, ὃ δὲ καθααρμένος τε καὶ τετελειμένος, ἐκεῖ-
σε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκίσει: εἰσι γὰρ δὴ, Φαῖν
οἱ περὶ τὰς τελετὰς, ἡ ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάνχοι
δὲ γε παῦροι." ubi cf. Wyttenbachius in Annot. p.
173. Certe opinionem immortalitatis utrumque ha-
buisse ostendunt loca in Cratyl. p. 400. C. et Rep.
II, p. 363. C. quamquam Musaeus beatorum vi-
tam, aequalium ingenio accommodate magis quam
magnifice, in delicata vita et μέτρη αἰωνίῳ posuerat.

Ad

Ad molliendos hominum animos, operam dederunt, ut ab animalium esu ipsos avocarent: Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι, ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τοῦναντίου πάντων ἀπεχόμενοι. Leg. VI. p. 782. C. Caeterum, libros Orphei et Musaei, quos ἀγύρται et μάντις ὁμαδὸν circumferebant, Rep. H. p. 364. E, Plato procul dubio supposititios iudicavit et indignos eo, cui non ignorabat plura placita Pythagoreorum scholam debere. Quae de ipso Sympos. p. 197. C. occurrunt, ad festivam antiquitatis interpretationem referenda sunt. In eodem Dialogo p. 218. B. leguntur haec: συγγνώστετε τοῖς τότε πραχθεῖσι, καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις. οἱ δὲ οἰκτείται, καὶ τίς τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἀγροῖκος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὄτιν ἐπίθεσθε. quae expressa esse ad imitationem Orphicorum verum

Φθόγγοςμας εἰς θέμις ἐστὶ· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλός τε
 Πάντες ὁμοῦς· σὺ δ' ἄκουε | Φρασφόρου ἔκγονο μῆνης
 Μουσαῖ, ἐξέρει γὰρ ἀληθεία.

monetur in editione Symposii a Wolfio facta p. 108. De locis, in quibus Plato Orphica placita affert cf. Tiedemann in libro Germanice conscripto *de Antiquissimis Graeciae Philosophis* p. 47, sqq.

Post hos, at longo tamen saeculorum intervallo, insignis exstitit HOMERUS. Necesse erat principem poëtarum neminem Platone magis venerari, quem totum poëticum fuisse constat. Hinc quavis fere

pagina memoratur, praesertim, quomam cum in
 tota Graecia, tum Athenis maxime singuli ver-
 sus ejus testimonia habebantur et in proverbii ve-
 nerant auctoritatem. Nonnulli etiam citantur,
 qui in nostris Homeri Codicibus non reperiuntur
 Cf. Wolf. Prolegom. ad Hom. p. 37. Non est
 dubitandum, quin locutio Platonis Homero etiam
 legendo granditatis colorem contraxerit: ut facile
 adsentiar Maximo Tyrio, Diss. XXXII. p. 380. sq.
 ed. Markland., Platonem esse *βρέμα της του*
Ὁμήρου ὀψής, et ab ipso *μεγαλυόμενον*, Diss. III,
 p. 27., scribenti. Contra miror, quid ipsi et mul-
 tis ante eum et vero postea venerit in mentem,
 ut Platonem arbitrentur non magnam Homeri reve-
 rentiam prae se tulisse: vid. Max. Tyr. Or.
 XXXII. p. 380. sq. Nam verum quidem est Pla-
 tonem multa ejus loca reipublicae suae custodibus
 recitari noluisse; sed primum, praeclare sciebat,
 quae de Deorum Natura minus vera et decora ce-
 cinisset, in iis culpam non hominis esse, sed ejus,
 qua vivebat, aetatis; tum rationem, qua Deorum
 et herōum iram ac dolorem depinxerat, ut in ju-
 venum doctore reprehendebat, ut in poëta non
 item Cf. I. II et III. de Republ. Auctorem porro
 ipsum grandioris poëseos appellat, *ἄκρον τραγω-*
δίας, ἀπάντων τραγικῶν πρῶτον διδασκαλὸν τε καὶ
ἡγεμόνα, Theaet. p. 152. E. Rep. X. p. 595. C.
 vocat item *θεῖον* poëtam, Rhaedon. p. 95. A. eum-
 que, *μιμητικῆν* poësin reprehensurus, hocrescit:
Φιλία γὰρ τις με καὶ αἰδῶς ἐκ παιδῶς ἔχουσα πε-
ρὶ Ὁμήρου ἀποκωλύει λέγειν, Rep. X. p. 595.
 B.

B. Optime autem ipse p. 595—608. exposuit causas, ob quas nec Homerum, quamvis admirabilem et plane singularem, nec caeteros, quotquot noverat, poëtas in civitatem, quam ad Divinam absolutionem informavisset, admittendos existimaret.

Neque igitur HESIODO pepercerit, qui cum Homero interdum una memoratur et cujus versus plurimis etiam citantur locis: unum ex iis affero *Symp.* p. 178. C. ne scilicet ACUSILAUM plane omittam, ibi dictum Hesiodo in quadam opinione de Deorum generatione consentire: quae consensus fortuita non est, si quidem Acusilaus in scriptis hoc tantum egerit, ut res, quas Hesiodus jam exposuisset, poëticis vinculis liberaret. Cavendum autem est, ne quae utriusque poëtae dantur interpretationes, serio semper dari putemus; nam cum in caeteris Dialogis jocosae versuum explicationes occurrunt; tum in Theaeteto maxime et Cratylo ejusmodi inveniuntur, ut manifesto ad irrisionem pertineant eorum, qui *ὑπόβοιαι* sive Allegorias in Homeri maxime carminibus a se inventas esse praedicabant.

CAPUT SECUNDUM.

DE HIS, QUI AB HOMERI ET HESIODI AETATE AD
INITIA USQUE PERSICI BELLII FLORUERUNT.

Pervenī ad tempora, quorum historia quamvis non ad summam, tamen ad majorem probabilitatem, quam res praecedentis Periodi, adduci potest. Itaque Plato verum cum facilius invenire potuit, tum servare debuit diligentius. Ex egregiorum poëtarum proventu, quo haec inprimis aetas nobilitata est, plures citavit nunc deinceps memorandos.

Primus sese offert STASINUS, ex cujus Cyprii Scholiastes tradit desumptos esse versus, qui leguntur in Euthyphr. p. 12. A.

*Ζῆνα δὲ τὸν θ' ἔρξαντα, καὶ δε τὰδε πάντ' ἐφύτευεν,
οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.*

Tum TYRTAEUS, qui

mares animos in Martia bella
Versibus excuuit,

quorum pauci quidam referuntur Leg. I. p. 629, ubi dicitur φύσει μὲν Ἀθηναῖος, Lacedaemoniorum autem πολίτης γενόμενος. A. Quanto in honore carmina Tyrtaei apud Lacedaemonios et Cretenses fuerint, Plato indicavit ibidem, cum ad Cretae civem Atheniensis, ταῦτα γὰρ, inquit, ἀκροῦσός σου καὶ σὺ τὰ ποιήματα; ὅδε μὲν γὰρ, quippe Lacedaemonius, οἶμαι, διακορῆς αὐτῶν ἐστὶ. ΜΕΓ. Πάνυ μὲν οὖν. ΚΛΕΙ. Καὶ μὴν καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλήλυθε κομισθέντα ἐκ Λακεδαιμονος.

Huic succedit STESICHORUS Himeraeus, nobilis belli Trojani cantor, qui ratus oculorum morbum sibi ab irata Helena, de qua minus honorifice cecinerat, immissum esse, καλινωδῖαν fecit: Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος. οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν ἰυστέλμοις, οὐδ' ἴκεο Πέργαμα Τροίας. Phaedr. p. 243. A: qua facta ecce! ἀνέβλεψεν. Ex historica autem difficultate ita sese expedivit, ut εἰδῶλον quoddam Helenae diceret in bello Trojano fuisse περιμάχητον ἀγνοῖα τοῦ ἀληθοῦς. Rep. IX. p. 586. C.

Notior est κακῆγορία ARCHILOCHI, cujus tamen maledicentiae non fit mentio apud Platonem. Bis inter praestantissimos nominatur poetas, in Ione, p. 531. A. et 532. A. ac σοφώτατος dicitur Rep. II. p. 365. C. ubi fabella quaedam ejus de vulpe respicitur. Cf. Ruhnck. ad Timaeum. p. 257. et Aristoph. Aves. v. 652, quo loco Scholiastes Aesopo minus recte tribui putat,

tat, quod erat Archilochi. Verum apud fabularum auctores tam insignes partes vulpi dari solent, ut nihil mirum sit, si bestia illa apud utrumque, licet in diversis apologis, fuerit memorata; ne dicam ipsa Platonis et Aristophanis verba satis indicare non de una eademque fabula in iis locis agi. Certe Archilochi fabulae, quatenus ex l. l. cognoscimus ipsam, eodem jure similis dicitur Aesopi μύθος, in quo leoni vulpes objiciebat, se intrantium quidem videre vestigia, exeuntium non videre. Alcib. I. p. 122. E. Profec- to potuerunt facile confundi diversorum hominum apologi, si quidem traditione potius, quam scrip- to ad posteros pervenerunt: quae, opinor, sententia est Bentleji in Diss. de Fabulis Aesopi et certe Wolfii in Prolegom. ad Homer. Quamquam Socratis jam aetate credibile est, collectiones fuisse et Archilochi et Aesopi fabularum: cf. Wytenb. ad Phaëdon. p. 124: in quibus tamen ipsis utriusque eadem interdum fuerint adscripta. At vix verisi- mile est Socratem ejusmodi exemplar, cum quos- dam Aesopi μύθους versibus alligaret, in carcere habuisse: οὐδὲ προχείρους εἶχον, inquit, καὶ ἠπιστά- μην μύθους τοῦ Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα, οἷς πρώ- τοις ἐπέτυχον. Phaëdon. 61. B. Adagium τὴν λεον- τῆν ἐνδεδυκα, Cratyl. p. 411. A., ex fabula Aeso- pea derivatum esse Heindorf ad Cratyl. p. 92. an- notat: idem ad Phaëdr. p. 334. putat in verbis λέγεται γοῦν δίκαιον εἶναι καὶ τὸ τοῦ λύκου εἰπεῖν Phaëdr. p. 272. C. respici ejusdem Apologum.

Sequuntur Aesopi aequales poëtae, aut certe pau-

paulo juniores eo, SAPPHO, ANACREON, IBYCŪS, alii qui eodem fere saeculo omnes et paucis ante bellum Persicum annis floruerunt. Sappho ἡ καλὴ egregie de Amore cecinisse dicitur in Phaedro p. 235. C. qua laude non immerito Anacreon etiam ὁ σοφός, τὰ ἐρωτικὰ scilicet, ornatur. In Hipparch. p. 222. C. accessitū narratur ab Hipparcho Athenas; qua in civitate quia Critiae maxime genus florebat, versibus id celebravit. Charmid. p. 157. C. Carmen ipsius respicitur in Theage. p. 125. D. Ex Platonis scriptis majus etiam quid licet de IBYCO suspicari. Nam primum ejus respici dictum a sapientissimo Parmenide fecit: δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκίου Ἰππου πεποθέναι, ὃ ἐκεῖνος ἀθλητῆ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὃφ' ἄρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμονται τὸ μέλλον. ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἔκων ἔφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὢν, εἰς τὸν Ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. Parmen. p. 136. E. ad quem l. cf. Scholiastes qui ipsos Ibyci versus habet. Praeterea egregia Ibyci sententia in Phaedro p. 242. C. invenitur, hominum gratiam non ita captandam esse, ut eam Deorum benevolentia commutemus: ἔδυσσούμην, Socrates inquit, κατ' Ἰβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακῶν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω. Cf. Ruhnk. ad Timaeum. p. 90.

Non minus honesti studiosus PHOCCYLIDES fuisse videtur, qui divitias virtute ornandas statuebat. Φωκυλίδου γὰρ, Socrates inquit, οὐκ ἀκούεις πῶς φησι, δεῖν ὅταν τῷ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν.

Οἶμαι γ' ἔφη καὶ πρότερον. Μηδὲν, εἶπον, περὶ τοῦ
 του αὐτῷ μαχώμεθα, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς διδάξωμεν,
 πρότερον μελετητέον τοῦτο τῷ πλουσίῳ, καὶ ἀβίωτον τῷ
 μὴ μελετῶντι, ἢ ἡ νοσοτροφία τεκτονικῇ μὲν καὶ ταῖς
 ἄλλαις τέχναις ἐμπόδιον τῇ προσέξει τοῦ νοῦ· τὸ δὲ
 Φωκυλίδου παρακείμεμα οὐδὲν ἐμποδίζει. Rep. III.
 p. 407. AB. Sic enim levi emendatione hunc lo-
 cum restituendum arbitror, cum non facile quis
 vulgarem lectionem explicaverit: μελετῶντι, ἢ νο-
 σοτροφία. τεκτονικῇ μὲν γὰρ καὶ. Illam autem gene-
 ris diversitatem νοσοτροφία . . . ἐμπόδιον fert Attica
 et Platonis quoque consuetudo: ita est v. c. Rep.
 IV. p. 433. D. ἐνάμιλλον ἄρα . . . πρὸς ἀρετὴν
 πόλεως, τῇ τε σοφία αὐτῆς καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ
 ἀνδρείᾳ, ἢ τοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ τὰ αὐτοῦ πράττειν
 δύναμις. Vocula γὰρ addita videtur difficultatis
 minuendae, quae tamen ne sic quidem minuitur,
 causa.

Graviter dicta etiam THEOGNIDIS leguntur Leg.
 I. p. 630. A.

Πιστὸς ἀνὴρ χρύσου τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
 Ἄξιός ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχαστασίῃ.

ubi dicitur τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων πολιτῆς. Quo-
 niam autem de patria Theognidis quaestio est,
 conferatur omnino Scholiastes, qui Platonem a Di-
 dymi reprehensione vindicat, ἐπιφυσόμενου τῷ Πλά-
 τωνι ὡς παριστοροῦντι. In Menone p. 95. D. ve-
 rissima γνώμη ejusdem poetae est,

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἅπ' ἰσθλὰ διδάξεται· ἢν δὲ κακοῖσι
 Συμμίσηγε, ἀπολαίς καὶ τὸν ἴοντα νόον,

et plures leguntur ipsius versus eo loco, e sexcentis uno, in quibus Plato poetarum carminibus festive abutitur.

Nam ne SIMONIDES quidem verborum suorum interpretationem aut illam probavisset, quae profertur Rep. I. p. 331. sqq. ubi de sententia, *ὅτι τὰ τὰ δφειλόμενα ἐκάστῳ ἀποδίδναι, δίκαιόν ἐστι*, disputatur; aut eam, quae insignem Dialogi Protagorae partem occupat: p. 339 — 347. Quod enim dixerat in carmine, cujus complures versus ibidem inveniuntur solutae orationi admixti et constituti ab Hermanno in edit. Protag. Heindorfii p. 598. sq., *ὅτι ἔνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθίως γένεσθαι χαλεπὸν*, materiem praebet *ἐπιδείξεως* Protagorae et Socrati, cui *πάνυ ἐτύγχανε μεμεληκὸς τοῦ ψήματος*. p. 339. B; Hippias quoque affirmat sibi esse *λόγον περὶ αὐτοῦ εὖ ἔχοντα*. p. 347. A. Quod si carmina ejus adeo hominum ore celebrabantur, ut in his potissimum explicandis Sophistae eloquentiam et subtilitatem ostentare conarentur; vix dubium est, quin in principibus poetarum Graecorum Simonides recte censeatur, imo non indignus fuerit, qui Homero et Hesiodo adjungeretur: Protag. p. 316. D. Exemplo suo docuit *τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἵναι* et videtur Simonides esse *ὁ ταῦτο κομψευσάμενος*, ut est Rep. VI. p. 489. Sententiam enim illam, multorum consensu, facilius tribuo ipsi, quam Scholiastae auctoritate Eubu-

bulum nescio quem arbitrer eam protulisse. Multum cum tyrannis et tyrannidis amantibus versatus est, Hierone, Pausania, Epist. II. p. 311. A. Hipparcho, Hipparch. p. 228. C. Scopa, filio Creontis Thessali, Protag. p. 339. A.: a quibus si non *εσθλόν*, at verum tamen didicit hoc, *ὅτι τὴν ἀλαβείαν τὸ δοκεῖν βιάζεται*, quod memoratur Rep. II. p. 365. C. et, licet nomen auctoris ibi non sit additum, Simonidis tamen esse constat. Cf. Valcken. Diatr. Eurip. p. 259. et Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 23. Idem pronunciari nequit de *σκολιῶ*, quod in conviviis frequentatum dicitur: Gorgia. p. 451. C. Alii Simonidi illud, alii Epicharmo tribuebant, ut ad l. l. monet Scholiastes: cujusmodi confusionem necessario vidimus tum obtinere, cum carmina memoriâ maxime servantur. Ad Scolion illud nobilissimum locus Leg. I. p. 631. B. C, Astio fictus videtur in edit. librorum de Legibus. Annot. p. 34: quamvis in illo bonorum tertium numeratur *πλουτεῖν ἀδύλας*, in hoc tertium *ισχυς*, divitiae vero quartum.

Simonidi proximus sit in alio poëseos genere versatus THESPIS, qui

Ignotum tragicæ genus invenisse Camoenæ
Dicitur,

non quidem a Platone Minoë p. 320. E. 321. A. modo Plato hæc scripserit: *ἡ τραγωδία ἐστὶ καλαίων ἐνθάδε, οὐχ ὡς οἴονται, ἀπὸ Θέσπιδος ἀρξαμένη, οὐδ' ἀπὸ Φρυγίου· ἀλλ' εἰ θέλεις ἐννοῆσαι, πάντων καλαίων αὐτὸ*
εὐ-

ἐφρήσεις δὲ τῆς πόλεως εὐρημα. Ibi non grandiore[m] universe Poësin intelligi, quo sensu Plato Homerum *τραγωδίας* principem appellavit, verum lugubrem illam apparet et ad animos terrore et misericordia commovendos compositam. At Bentlejus in *Dissert. Phalaridea* p. 273 — 326. certissimis argumentis demonstrat, ejusmodi quidem tragoediam ante Thespide[m] plane incognitam, imo ne ipsius quidem Thespidis inventum, quippe qui tantum Satyricas fabulas docuerit, verum fuisse *PHRYNICHII*. Quamobrem, quum Platonis auctoritas nequeat allata a Bentlejo testimonia, quippe gravissima, superare, erunt fortasse, quibus machinam Socraticae ironiae hoc impedimentum removendum videatur. Sed frustra: nam Plato, etiamsi multus fuerit in ornandis et ad arbitrium componendis rebus iis, de quibus nihil certi ob temporum obscuritatem statui posset; minime tamen fuit is, qui res, quas falsissimas esse et ipse sciebat, et omnes norant Athenienses, turpiter in scriptis asseveraret. Quare hic locus multum adjuvat eos, qui Dialogum Minoem Platoni censent abjudicandum.

Venio ad eum, quem cognata Comoediae Musa primum nobilitavit, *EPICARMUM*, qui, ex Pythagorae schola profectus, Philosophiam exhibuit, eo, quod invenerat, poëseos genere involutam: unde etiam Plato, cum *Theaet.* p. 152. C, ipsum *ἄκρον κωμῳδίας* vocat, simul indicat eum opiniones de Natura rerum versibus suis expressisse. Olympiodorus vere observat, in *Phaedone*

p. 65. B, ἢ τὰ γε τοιαῦτα καὶ οἱ ποιηταὶ αἰεὶ ἡμῖν
 θρυλλοῦσιν, ὅτι οὐτ' ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν, οὔτε ὄρω-
 μεν: in primis Epicharmum significari; cujus illud
 τοῦς ὄρῃ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δὲ ἄλλα κουφὰ καὶ
 τυφλά, a Veteribus celebratum est. Vid. Wyt-
 tenb. ad Phaedon. p. 151. qui p. 143. conjicit Pla-
 tonem in verbis ἀποθήσκειν et τεθνάναι distinguendis,
 Phaedon. p. 64. A, auctorem habuisse Epichar-
 mum, cujus versus exstat

Ἄποθανεῖν ἢ τεθνάναι, οὐδὲν μοι μέλει.

Profecto credibile esset ipsum cum ad formae ele-
 gantiam multum ex Epicharmo profecisse, tum plura
 expressisse placita ejus; etiamsi haec suspicio antiqui-
 tatis testimonio non confirmaretur: qua de re adēun-
 dus est Diog. Laërt. III. 9: πολλὰ δὲ καὶ παρ' Ἐπι-
 χάρμου τοῦ κωμικοῦ προσφέληται (ὁ Πλάτων) τὰ
 πλείστα μεταγράψας, καθά φησιν Ἄλκιμος ἐν τοῖς
 πρὸς Ἀμόνταν: cujus Alcimi locus sequitur longior,
 quam ut hic apponatur. In Gorgia p. 505. C.
 Epicharmi dictum refertur: ἵνα μοι τὸ τοῦ Ἐπιχάρ-
 μου γένηται, ἃ προτοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἰς ὧν ἰκα-
 νὸς γένομαι. De occasione, qua pronunciatum est,
 magis suspicari possumus quam statuere: id tamen
 affirmare licet non esse Scholiastae ad l. l. adsen-
 tiendum; nam si Epicharmus induxisset τινὰς δύο
 διαλεγόμενος πρὸς ἀλλήλους καὶ ὅστερον ἵνα τῶν δύο,
 πάλιν τὰ τῶν δύο διαλεγόμενος, profecto mini-
 με hoc γελοῖον, sed καταγέλαστον, non festivum,
 sed

sed irrisione dignum, certe indignum Epicharmo fuisset.

Illi poëtae, quos postremos nominavi, illustraverunt hujus periodi finem. Sed regrediendum est, ut eos videamus, qui prudentia maxime civili et doctrinarum studio inclaruerunt. Quamquam ne sic quidem a poëtis plane discedimus. Nam tempora illa ita et ad poësin apta erant, et vero in scribendi sive ignorantia sive difficultate opem ejus, memoriae sublevandae causa, adeo requirebant, ut quicumque cuperet opiniones suas aequalium judicio commendare aut propagare ad posteros, ipsas alligare versibus cogeretur. Itaque dictum quidem est de iis, qui poësin tamquam *ἔργον* coluerunt: sed mox apparebit fuisse multos, qui cum diversi generis officiis studiisve distraherentur, tamen ea, ut *παρέργω* usi videantur vel ad oblectationem otii, vel ad praeceptorum efficacitatem.

Hujus rei exemplum praebet nobilissimum *νομοθετῶν*, quorum alter LYCURGUS, nisi poëta ipse, certe poëseos amantissimus Homeri carmina Spartam narratur attulisse. Illius *πολιτεία* ex Cretenisium legibus orta, Minoë 318. C, Platonis judicio ad optimam civitatis formam proxime accedebat, Rep. VIII. p. 544. D. Eam saepius laudibus extulit, quorsum locus pertinet Leg. III. p. 691. E. 692. A. *Θεὸς . . . δίδωμον ὑμῖν Φυτεύσας τὴν τῶν βασιλέων γένεσιν ἐκ μονογενοῦς, εἰς τὸ μέτριον μᾶλλον συνέσταιε καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι φύσις τις ἀνθρωπίνη, μεμιγμένη θεῖα τινὶ δυνάμει* (quibus verbis Lycurgus

manifesto significatur) *κατιδοῦσα ἡμῶν τὴν ἀρχὴν Φλεγμαιίνουσαν ἔτι, μίγνυσι τὴν κατὰ γῆρας σφόδρυνά δύναμιν τῆ κατὰ γένος αὐθάδει βίωσιν, τὴν τῶν δεκά καὶ εἴκοσι Γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα τῆ τῶν βασιλείων ποιήσασα δυνάμει. ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ἡμῶν ἔτι σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην τὴν ἀρχὴν ὄραν, ὅλον ψάλλον, ἐπέβαλεν αὐτῇ τὴν τῶν Ἐφόρων δύναμιν.* Patet ex hoc loco Platonem eorum secutum esse sententiam, qui non a Lycurgo Ephoros, verum a rege Theopompo constitutos existimabant: cum contrarium tueatur auctor Epist. VIII. p. 354. B. *Λυκοῦργος . . . ἄμα καὶ γένους Φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν Γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν Ἐφόρων δασμὸν, τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον.* Et vero, quantopere leges Lycurgi Platoni probatae fuerint, cum multa in caeteris scriptis ejus loca, tum maxime libri de Republica et de Legibus ostendunt, in quibus plurima praecepta ex ipsarum imitatione duxit, in his ea, quae de gymnasiorum ratione, de feminarum officiis, de bonorum communione traduntur. Certè longe longeque postposuit iis τὴν ἀπὸ τιμημάτων πολιτείαν, malorum fontem uberissimam, Rep. VIII. p. 550 sqq. sed qua meliorem Athenienses fortasse non tulissent: ut sane non minorem propterea laudem SOLON mereatur, septem sapientum, ut ait Critias, Timaeo p. 20. D. sapientissimus, longinquis etiam itineribus eruditus, quae cum in varias regiones suscepisset, ab Aegypti maxime sacerdotibus multa tum ad republicae administrationem narratur, tum ad vetustissimam Athenarum historiam fructuosa accepisse.

Ad

Ad poësin tam aptum a natura ingenium habebat, ut si in majori facultate vacui ac liberi temporis traditiones licuisset illas, quarum partim in Timaei initio atque in Critia referuntur, consignare carminibus, ne Homero quidem et Hesiodo poëmatum nobilitate cessisset, Tim. p. 21. C. D. Quamvis enim otium poësi exhilarare non nisi raro concedebatur, non vulgarem etiam sic fuisse poëtam versus ejus declarant illi, qui aetatem tulerunt, in his nobile dictum, quo se quotidie aliquid addiscentem senem fieri profitebatur, Erast. p. 133. C. 188. B. 189. A. quod a mente poëtae paululum inflexum proponitur Rep. VIII. p. 536. D. Ejus etiam dicuntur esse, quae, nomine omisso, leguntur in Lyside p. 212. E. *δλβιος, ὃ παιδῆς τε φίλοι* et sqq. ad quem 1. cf. Heindorf. p. 26. Vid. etiam Charmid. p. 154. A. p. 157. E. Sed ne Solon, ut poëta Platoni multum, ut legumlator parum probatus videatur, observandum est, eum *ἀγαθὸν* et *τίμιον νομοθέτην* appellari, Rep. X. p. 599. A. Symp. p. 209. D. tum vero in libris de Republica et de Legibus loca non plane deesse, ex quibus appareat eum, etsi displicuit ipsi honos habitus divitiis, haud pauca tamen Solonis instituta minime reprehendenda existimasse. Nominatur cum sex, qui ferebantur, sapientiae sociis in festivo illo Protagorae loco p. 343. B. ubi haec Socrates: *Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιπτακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεὺς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύτων ὁ Χηνεὺς, καὶ ἔβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο ὁ Λακεδαιμόνιος Χίλων. οὗτοι πάντες* ζη.

ζηλωται και ιρασταί και μαθηται ἦσαν τῆς Λακεδαιμονίων παιδείας, και καταμάθοι ἂν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν, ῥήματα βραχέα ἀξιολογηθέντα ἐκάστη εἰρημένα. οὗτοι και κοινῇ ξυελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι εἰς τὸν νῆον τὸν ἐν Δελφοῖς γράψαντες ταῦτα ἃ δὴ πάντες ὁμοῦσι, Γνωθι σαυτὸν, και, Μηδὲν ἄγαν. Sed, si Pittacum exceperis et Thaletem, de caeteris nihil fere invenias apud Platonem; quamquam, ut illud γνωθι σαυτὸν fundamentum omnis sapientiae ipsi videbatur: Phaedr. p. 230. et passim: ita ad alia quoque ab ipsis breviter, ut solebant, dicta in operibus ejus respicitur; at adeo incertum, non modo quid ipsorum singulis, sed quid septem omnino sapientibus sit tribuendum, ut in summa testimoniorum varietate suum cuique nequeat adjudicari. Vid. Simsonius in Chron. ad A. 3338. et Menagius ad Diog. Laërt. I. §. 41.

Itaque de his, quod quidem certo ostendi possit, parum; de duobus, quos excepi, illis haud sane multum scripto mandavit. Nam PITTACI non nisi dictum refertur, χαλεπὸν ἰσθλὸν ἔμμεναι, laudatum a caeteris, a Simonide reprehensum, Protag. p. 339 sqq. cum id ἀδύνατον και οὐκ ἀνθρώπειον contenderet esse, ἀλλὰ θεὸς ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας, non tamen eâ Pittacum vehementiâ aggrediretur, quae ex verbis ejus a Socrate subtiliter et festive disserente efficitur.

THALES Periandrum Corinthium traditur consilio adjuvisse; Epist. II. p. 311. A. cujus disci-

cupuli credible est eum postea poenituisse. Theag. p. 124. C, E. et Rep. I. p. 336. A. *Σκῶμμα* refertur, quo ipsum, cum astrā intuens in puteum cecidisset, muliercula petivit, Theaet. p. 174. A. quamvis hic locus non admodum ad ejus irrisionem compositus est, cum praesertim non inani scientiae daret operam, verum ejusmodi, ex qua *πολλὰ ἐπίνοιαι καὶ εὐμήχανοι εἰς τέχνας ἢ τινὰς ἄλλας πράξεις* orientur: Rep. X. p. 600. A.

Ejusdem laudis particeps est ANACHARSIS Scythia, qui, quoniam in septem sapientibus a nonnullis recensetur, proximus succedat iis una cum EPI-MENIDE Cretensi, quem non modo ut sapientem, sed ut futuri providum antiquitas veneratur; cujus vaticinia animos Atheniensium, fractos Persici belli metu, confirmavisse videntur, Leg. I. p. 642. D: qui denique hujus beneficii gratiam utilissimo invento cumulavisse refertur: Leg. III. p. 677. D. Cf. ad priorem locum Bentlejus Opusc. Philol. p. 182. ed. Lips. a. 1781. et ad utrumque Ast in edit. librorum de Legibus in notis. p. 69 et 143.

Antea autem, quam ab inclyto hoc sapientium choro discedam, monendum est de loco in Hippia Maj. p. 281. C. ubi Socrates, *τί ποτε τὸ αἴτιον, ἠν-
quί, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐπεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέ-
γεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βλαντος, καὶ τῶν
ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλήν, καὶ ἔτι τῶν ὑστερον, μέχρις
Ἀναξαγόρου, ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνου-
ται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων;* Nam constat innumerabilibus Veterum locis plerisque e sep-
tem illis publicas res tractavisse; ut verius Cic. de

Orat. III. 34. scribat, omnes praeter Milesium Thaletem, civitatibus suis praefuisse. Cf. idem de Rep. I. 7. Nec Heindorfii ad h. l. p. 123, nota satisfacit, qui putat Socratem hoc Sophistarum vanitati jocosè condonasse: Sophistae enim, licet prudentiae civilis inventionem sibi vindicarent, non tamen contendebant primos se administrasse respublicas et antiquos ab iis, ipsum etiam Pittacum, decem annos Mitylenaeorum principem, prorsus abstinuisse. Quis a Platone istam historiae immutationem expectet, aut miretur Astium hoc maxime usum argumento, ut Hippiam Majorem ab alio scriptore profectum ostenderet? Cf. Astius in libro Germanice scripto *de Vita et Scriptis Platonis*. p. 460.

Brevissimus est a σοφοῖς transitus ad φιλοσόφου, a sapientibus ad sapientiae amantem: quamquam PYTHAGORAS et ipse, sapientis titulo octavus, vel potius primus potest decorari. Huic viro, cujus vitae ratio sodalibus praescripta celebratur, ὁδὸν τινα (παράδοξον) βίου Πυθαγόρειον, διαφερόντως ἐπὶ τούτῳ ἡγαγήθη, Rep. X. p. 600. B, Plato plurimam debuit. Sed quoniam doctrinam ejus per plura saecula propagatam et variis ornatam modis atque auctam accipiens, ne ipse quidem, quid Pythagorae esset, quid Pythagoreorum, accurate potuit judicare; optimum, opinor, erit, quodcunque ad hanc universae familiae refertur, deinceps exponere: tum, cum ventum fuerit ad eos, qui Platonem mysteriis illius initiaverunt; de singulis autem dicere, prouti temporum feret ordo. Veluti nunc quidem

dem de XENOPHANE, qui, cum a Pythagora multum profecisset, novae conditor existit sectae. A qua vulgari opinione Platonem dissensisse locus in: Sophista, p. 242. D., in quo placitum scholae Elepticae memoratur, πῶς Ἐλεωτικὸν ἔθος ἀπὸ Πανοφάνου τε καὶ ἔτι πρόθεν ἀρξάμενον ὡς ἔνδοξον τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται. πῶς μὲν οὖν, mihi quidem non persuadet; neque illud: ἔτι πρόθεν: premendum arbitror: non magis. Theaet. p. 152. C. cum legimus jam apud Heraclitum Heracliti et Protagorae sententiam inveniri, item p. 179. E. τῶν Ἡρακλειτέων ἢ, ὡς περ σὺ λέγεις, Ὀμηρείων, καὶ ἔτι παλαιότερων, ea subtiliter explicanda putem. Xenophanem in poetis numerandum esse, qui sensibus auctoritatem denegârunt, Phaedon. p. 65. B. monet Wytttenbachius ad Phaedon. p. 151.

Xenophani successit paulo junior ANAXIMENES, qui in Phaedone duobus locis significatur. Cum enim aëre rerum principio uteretur, et Terram planam statueret, conveniunt in ipsum, quae leguntur p. 96. B. πρότερον . . . ἔστιν ὃ φρονούμεν, ὃ ἀήρ, item p. 99. B. ὃ δὲ, ὡς περ καρδία πλάττει βάρυν τὸν αἴρα ὑπερῖδει. Cf. Wytttenb. Annot. p. 254. p. 262.

Restat, ut de Pisistratidarum genere dicam, quorum me expulsio ad ipsum hujus Periodi finem deducet. A Platone nominantur Theage. p. 124. D. E. Quod si Platonis ingenio et elegantia dignus videretur Dialogus, qui nomine inscribitur HIPPARCHI (Πεισιστράτου filii, τοῦ ἐκ Φιλαίων, ut Hipparcho p. 228. B. scribendum mo-

nuit Jo. Meursius) hanc *ἐπιδειξιν* multa, quae cum historia pugnant, continentem ad Sophistas irridendos scriptam putarem: hi enim ei, quem laudatione extollerent, alienas quoque laudes tribuebant. Verum ejusmodi est libellus, ut Valckenarii ad Herodot. III. p. 398. Wolfii in Prolegom. ad Hom. p. 154, Astii de Vita et Scr. P. p. 498. paream auctoritati et Aeliani etiam admonitus loco V. H. VIII. 2. verbis utar ejus: *λέγει Πλάτων ταῦτα, εἰ δὲ δ' Ἰππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι.*

CAPUT TERTIUM.

AB INITIO BELLI PERSICI USQUE AD
SOCRATIS AETATEM.

Is, quae hoc Capite continentur, temporibus, bellum feliciter gestum civitatem Atheniensium nobilitavit excitavitque studia scribendi. Itaque res Graeciae coeperunt non laude unice poetarum, verum historicorum item testimoniis celebrari. Platoni autem, ut caeteris scriptoribus cum eo comparandis intelligitur, in rerum gestarum narratione cum communi traditione fere convenit: iudicium vero ejus a vulgari sententia saepe discrepat.

Veluti Graecorum in Persas odio adductus non est, ut excellentes in hostibus viros debitam laude privaret: si quidem CYRI honorifica fit mentio Menex. p. 239. E. et Leg. III. p. 694: non vero, ut mihi quidem videtur, in Epist. II. p. 311. A. *περὶ Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται ἄνθρωποι καὶ Πausaniῶν τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες, ἅτε ἐπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· καὶ Περιανδρὸν τὸν Κορινθίου καὶ Θaλῆν*

τὸν Μιλήσιον ὑμνεῖν εἰάθασιν ἄμα· καὶ Περικλέα καὶ Ἀναξαγόραν· καὶ Κρείστον αὐτὸν καὶ Σόλωνα ὡς σοφοὺς· καὶ Κύρον ὡς δυνάστην. Gravi vulnere hunc locum laborare existimo, cujus ratio continuo docet ineptum esse illud ὡς σοφούς, quippe quod ad rem, de qua agitur; prorsus non pertineat; multo magis etiam ineptum et vero iniquum, cum caeteri sapientem adjunctum sibi habeant, Cyrum unum prudenti quodam viro comite carete, cum id ipsum probandum sit, sapientium consuetudine principes in republica usos fuisse. Suspicio scriptum fuisse ὡσαύτως: quod, cum in ὡς σοφούς abiisset, mox manu oscitantis Glossatoris et sapientibus potentem opponere cupientis, additum esse, καὶ Κύρον ὡς δυνάστην: imo non mirer, si ipsam Croesi post Periclem et Solonis post Anaxagoram commemorationem adnotatori debeamus.

Magnificentiori etiam quam Cyrus ornatur laude DARIUS Leg. III. p. 695. C. item Phaedro p. 258. E. cum Lycurgo et Solone conjunctus; ὅταν ἰκανὸς γένηται . . . , ὅστε λαβὼν τὴν Δικαίωρου, ἢ Σόλωνος, ἢ Δαρρῆου δύνανται, ἀδάματος γενέσθαι λογογράφος ἐν πόλει: tum vero Epist. VIII. p. 332. A. ubi dicitur exemplar praebuisse, οἶον καὶ τὴν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίνεσθαι.

Sed Plato, ut sua cuique etiam hosti tribuenda putavit, ita virtutis amussim, ad quam omnia exigebat, non reliquit, ut popularium suorum erga Veteres illos, MILTIADEM, THEMISTOCLEM, CIMONEM admirationi gratificaretur: hos enim opibus patriam auxis-

se, verum *ἀνευ σωφροσύνης και δικαιοσύνης*: *republicam* πρὸς τὸ ἥδὺ, non πρὸς τὸ βέλτιστον administrasse: Gorg. p. 518. E: probabiles quidem dispensatores *διακοικωτάτους* fuisse, bonos civitatis rectores non item: itaque, quum virtuti civibus commendandae parum studuissent, poenas negligentiae propria calamitate luisse; *οὐκ ἐξωστρακίσαν Κίμωνα οὐτοι οὐς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀπουρείαν τῆς Φωνῆς; και Θεμιστοκλέα ταυτὰ ταῦτα ἐποίησαν, και Φυγῆ προσημίωσαν; Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντε, και εἰ μὴ διὰ τὸν πρύτανιν, ἐπέπεσεν ἀν. καιτοι οὔτοι, εἰ ἦσαν ἄνδρες ἀγαθοὶ . . . οὐκ ἂν ποτε ταῦτα ἐπασχον.* Quae cum lego, facile credo Athenæo XI. p. 506. D. ed. a. 1598. *ἐν Κίμωνι δὲ Πλάτων οὐδὲ τοῦ Θεμιστοκλέους φεῖδεται κατηγορίας, οὐδὲ τοῦ . . . Μιλτιάδου, ἀλλ' οὐδ' αὐτοῦ τοῦ Κίμωνος.* Verum observandum est, Platonem in tantos viros ideo acerbius paulo inventum esse, quoniam adolescentiae ita in exemplum proponerentur, quasi civitatis splendori ac potentiae tantum, non moribus etiam et honestati consulendum esset. Quantam reverentiam Plato ARISTIDIS prosecutus sit innocentiam, apparet ex eo, quod omni in Gorgia l. l. disputatione ipsum, quamvis patria pulsum, excepit. In ejusdem vero Dialogi fine, p. 526. B. insigne dedit ipsi admirationis documentum, hunc unum afferens ut justitiae exemplar, quae beatam post mortem vitam donaretur: *γενέσασιν . . . καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ταύτην τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίως διαχειρίζειν ἃ ἂν τις ἐπιτρέπη· εἰς δὲ και πᾶν ἑλλόγιμος γέγονεν και εἰς τοὺς ἄλλους*
 Ἐλ-

Ἑλληνας, Ἀριστείδης δὲ Λυσισμάχου. De Themistocle autem legitur Rep. I. p. 229. A. *id, quod fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriae gloria splendorem assecutum: Nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis; nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses.* Cic. Senect. III.

De Persarum victoribus hactenus: nunc videamus de iis, qui ipsorum fortia facta ingenio illustrarunt: et prodeat AESCHYLUS qui,

personae pallaeque repertor honestae,
 modicis instravit pulpita tignis
 Et docuit magnumque loqui nitique cothurno:

quem Tragoediae Graecae vere conditorem, ecquis non putet Platoni admirabilem esse visum? Itaque dubitationes, quae ex hujus scriptis moveri possunt, elevandae potius sunt explicatione, quam suspicione augendae. Sine ulla reprehensionis significatione versus citantur ejus Euthyd. p. 291. D. et Rep. II. 361. B. 362. A. VIII. 550. C. 563. B. dissensio autem a Telepho in Phaedone p. 108. A. ex festiva sententiae interpretatione repetenda est; porro Rep. II. p. 380. A. 383. A. B. versus culpantur quidem ejus, sed communi omnium poëtarum reprehensione culpantur; denique verba Symposio p. 180. A. ubi nugari, Φλυαρεῖν, dicitur, Valckenarius Diatr. in Eurip. Rel. p. 13. ostendit, inde ab Ἀίσχυλος usque ad ἀλλὰ γὰρ τῷ ὄντι, insititia esse. Unus locus superest, quem mirum

vi-

videatur post Tragoediam Aeschylī Persas scriptum esse, Menexen. p. 239. C. D. ὦν δὲ οὔτε ποιητῆς πω δόξαν ἀξίαν ἐπ' ἀξίοις λαβῶν ἔχει, ἔτι τὲ ἔστιν ἐν ἀμνηστία, τούτων περί μοι δοκεῖ χρῆναι ἐπιμνησθῆναι, ἐπαινοῦντά τε καὶ προμνώμενον τοῖς ἄλλοις, ἐς ᾧδάς τε καὶ τὴν ἄλλην ποιήσιν αὐτοὺς θαῖναι, πρεπόντως τῶν πραξάντων· ἔστι δὲ τούτων ὦν λέγω πρῶτα, Πέρσας ἡγουμένους τῆς Ἀσίας, καὶ δουλουμένους τὴν Εὐρώπην, ἔσχον οἱ τῆςδε τῆς χάρας ἔργοι. Nam apte potuisset ibi et Aeschylus laudibus ornari et vero etiam HERODOTUS, qui nusquam apud Platonem nominatur. Sed tenendum est, apud Athenienses praecipuam educationis partem in carminibus ediscendis positam, atque omnem ipsorum praeterea vitam auditione magis occupatam quam lectione fuisse. Itaque infinita poëtarum loca venerant in sermonis communis usum et proverbii consuetudinem: solutá vero oratione scripta et legebant paucissimi, et qui audiverant, audita difficiliter custodiebant: ut consequens sit apud Platonem, qui rerum rationem Atticarum fideliter expressit, poëtas saepissime, contra prosae scriptores raro admodum memorari. Nec aliam causam, cur de Herodoto sileret, fuisse, ex eo quoque probari videtur, quod obvii in hujus opere versus apud ipsum inveniuntur. Nam Rep. II. p. 363. D. παῖδας γὰρ παιδῶν Φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ ὄσιου καὶ εὐδίκου, ad versum, qui apud Herodotum est l. VI. p. 478.

Ἄνδρες δ' εὐδίκου γενεῇ μετόπισθεν ἀμείνω

respici, etiam Scholiastes animadvertit. Tum *ibid.* VIII. p. 566. C. ad aliam rem eleganter translatus reperitur *δ Κροίσω γενόμενος χρησμός*, quem habet Herodotus I. c. 55. ed. Schweighäuser.

πολυψηφίδα παρ' Ἑρμῶν

Φύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Recte autem, ut videtur, Heindorfius ad Euthyd. p. 395. observat ex voce *ἐαυτῶν* Euthyd. p. 299. C. effici non posse, id quod Valckenarius ad Herod. IV. 26. volebat, Platonem ibi alium, quem sequeretur, quam Herodotum, auctorem habuisse.

Sed, quod de poëtis modo dicebam, necesse fuisse, ut a Platone frequenter memorarentur, id vel in primis de PINDARO apparet valere. Illius enim audaces dithyrambos omnium ore celebratos fuisse, Platonis quoque scripta ostendunt. Vid. Theaet. p. 170. E. ibique cf. Valck. in Eurip. Rel. p. 27. Euthyd. p. 304. B. Gorg. p. 484. B. ibique cf. Valck. ad Herod. III. 38 et Ast. ad Plat. Leg. III. p. 690. B. Annot. p. 171: tum Meno p. 76. D. et p. 81. A. Rep. II. p. 365. B. III. p. 408. B. Leg. IV. p. 714. E. Phaedr. p. 227. B.

Divino hoc poëta duce, quippe, ut fertur, Pythagoreo, et carminibus tum alia placita, tum animi immortalitatem (Meiro p. 81. B. et Wytt. in Disp. de Immort. Animæ, Opusc. II. p. 538.) celebrante, ad philosophos proficiscor, facioque initium a CHARONDA, qui doctrinæ et ingenii copiis ac dotibus ita usus est, ut ipsum Italia et Sicilia
tam -

tamquam praestantissimarum legum auctorem veneretur. Id etiam declarat locus Rep. X. p. 599. E. tibi, addito interrogandi signo, legendum esse non dubito: *ὁ δὲ τίς αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ σφᾶς ὀφελιγέναι; Χαρόνδαν μὲν γὰρ Ἴταλία καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλων· ὁ δὲ τίς; ἕξει τινὰ εἰπεῖν; Οὐκ οἶμαι.* Nam nullum sensum praebet, id quod in editionibus est: *ὁ δὲ τίς ἕξει τινὰ εἰπεῖν;* Utrum autem ex legibus illis Plato inscriptis, quae de administranda agunt civitate, profecerit, vix possumus, cum de Charonda pleraque incerta sint, nisi levi conjectura suspicari. Nam universa reipublicae formam, quam constituit, Imperium videlicet paucorum, Platoni non magnopere placuerit, et tamen fieri potest, ut in singularum rerum ordinatione probaverit multa et imitatus sit. Veluti Theophrastus apud Stobaeum, *Χαρόνδας*, inquit, *καὶ Πλάτων παραχρήμα κελεύουσι δίδόναι καὶ λαμβάνειν· ἔάν τις πιστεύσῃ, μὴ εἶναι δίκην. αὐτὸν γὰρ αἰτίου εἶναι τῆς ἀδικίας*, ut veri non sit dissimile Platonem in hac emtionis et venditionis ratione non fortuito consensisse cum Charonda, verum vestigia ejus pressisse. Vid. Bentlejus in Opusc. Philol. p. 356.

Succedant philosophi magis quidem noti, at minus, Platoni certe, probati HERACLITUS et EMPEDOCLES, principes eorum, qui omnia fluxa putabant, *τῶν βέντων*, ut festive vocantur Theaet. p. 152. E, *Φιλοσόφων*, quorum doctrinam, idearum placito repugnantem, cum in caeteris scriptis obiter saepe reprehendit, tum in Theaeteto et Cratylo data opera oppugnat eamque expugnatam argumentis

acerbe simul et festive irridet: quorsum in primis pertinet locus Cratyl. p. 440. C. D. ubi opinionis hujus patroni dicuntur αὐτοῦ τε καὶ τῶν ὄντων καταγιγνώσκειν, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός, ἀλλὰ πάντα ὡς περ κεράμια βεῖ καὶ ἀτεχνῶς, ὡς περ οἱ καταβροχνοσοῦντες ἄνθρωποι, οὕτως οἶσθαι καὶ τὰ πράγματα διακειῖσθαι, ὑπὸ βεύματός τε καὶ καταβροχνοῦ πάντα χρήματα ἔχισθαι. Pervagatum Heracliti illud refertur ibid. p. 402. A, statuentis, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ . . . ὡς δις ἐς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Neque hoc unum, sed plura ejus exploduntur. Non sine aculeo (Rep. VI. p. 498. B, ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὐθις οὐκ ἐξάπτονται) tangitur ipsius opinio de sole, cujus lumen exstingui et quovis die accendi arbitratur, idem haud magnifice in eo sentiens, ὅτι ἐστὶ τὸ μέγεθος οἷος φαίνεται. Diog. Laërt. IX. 6. Dixit ignem esse, ex quo omnia gignerentur, Cic. Acad. II. 27. ut sit is, qui Phaedon. p. 96. B. τὸ πῦρ statuit esse ᾧ φρονούμεν, et Cratylō p. 413. C, δίκαιον φησὶ αὐτὸ τὸ πῦρ, quo loco, quod additur, τοῦτο δὲ οὐ βραδίον ἐστὶν εἶδέναι, fortasse pertinet ad mirificam istam dictionis Heracliteae obscuritatem, quae etiam ridetur Sympos. p. 187. A. Hic enim locus non temere repetita habet ἴσως βούλεται λέγειν — ἴσως τὸδε ἐβούλετο λέγειν · porro opinionem Heracliti interpretatione corrigit, τοῖς γε ῥήμασιν videlicet οὐ καλῶς prolatam: τὸ γὰρ ἔν φησὶ διαφερόμενον αὐτὸ αὐτῷ ξυμφέρεσθαι, ὡς περ ἀρμονίαν τόξου τε καὶ λύρας. Sed ipsum Heraclitum explicationem ibi datam probaturum non fuisse etiam

etiam: Aristoteles indicat Ethic. VIII. 1, hanc ejus sententiam referens, τὸ ἀντίξουν συμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν esse: quae *rerum concordia discors* item Lyside. p. 215. C. D, respicitur. Dictum ejusdem memoratur Hipp. Maj. p. 289. A. ὡς ἄρα πίθηκων ὁ κάλλιστος αἰσχροῦ ἀνθρωπιῶ (vid. Heindorf. ad Hipp. Maj. p. 143.) γένει συμβάλλειν ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται. Sed insignis est maxime locus Sophista. p. 242. D: Ἰάδες καὶ Σικελικαὶ τινες ὕστερον μοῦσαι ξυνοήσαν ὅτι ξυμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφοτέρα καὶ λέγειν, ὡς τὸ ἄν πολλὰ τε καὶ ἔν ἐστιν, ἔχθρα δὲ καὶ Φιλίᾳ ξυνέχεται· διαφερόμενον γὰρ αἰ ξυμφέρεται, Φασὶν αἰ ξυντονότεραι τῶν μοῦσων· αἰ δὲ μαλακώτεραι, τὸ μὲν αἰ ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἐχάλασαν· ἐν μέρει δὲ τότε μὲν ἐν εἶναι Φασὶ τὸ πᾶν καὶ Φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τότε δὲ πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὐτῷ διὰ νεῖκος τι. Nam ex modo dictis patet, Heraclitum Musarum Ἰάδων καὶ ξυντονωτέρων appellatione designari.

Σικελικὰς autem, et μαλακώτερας EMPEDOCLES vocari Musas non est cur dubitetur; cum ex plurimis veterum locis notissimum sit ipsum *carminibus Graecis yaticinatum*, quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Cic. de Amicit. c. 7. Ad pervulgatum hoc Empedoclis decretum Scholiastes respici existimat Gorgia. p. 507. E. Φασὶ οἱ σοφοὶ . . . καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους, τὴν κοινωλίαν ξυνέχειν καὶ Φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ

δικαιοσύνη, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κέλευσεν κα-
 λούσιν· quamquam, quae ibi opinio proponitur, uni-
 versis Pythagoreis potius communis, quam pecu-
 liaris Empedocli dicatur. Nec magis existimem
 ad ipsum pertinere λόγον Phaëdon. p. 96. B. ὡς
 εἶναι ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρα
 ἀφικνούνται, καὶ γίγνεται ἐκ τῶν τεθνεώτων. Non
 sane quod ab ejusmodi opinione abhorruisse videa-
 tur, cf. Wyttenb. de Immort. Animi Opusc. II.
 p. 526, sqq. sed, quoniam παλαιὸς λόγος ma-
 gis in Orpheï quam in Empedoclis convenit aeta-
 tem. Contra optimo jure in poëtas refertur, qui
 Phaëdone p. 65. B. vim negasse sensibus di-
 cuntur ad ea, quae sub eos subjecta sunt, ju-
 dicanda: qua de re Wyttenbachius conferatur,
 ad Phaëdon. p. 151 et sq. qui ibid. p. 254.
 monet hunc esse philosophum, qui Phaëdon p. 96.
 B. αἷμα statuit esse ὃ φρονούμεν, quippe cui ani-
 mum tradant fuisse cordi suffusum sanguinem, Cic.
 Tusc. Quaest. I. 9, ibique Davisius. Eundem
 maxime spectari docet ibid. p. 261, cum Phaë-
 don. p. 99. B. narratur quidam δίνην περιτίθει τῆ
 γῆ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ μένειν δὴ ποιῆσαι τὴν γῆν. De
 ejus ἀποβρύχαις τῶν ὄντων vid. Meno. p. 76. C.
 Denique, quum in Pythagoreorum palaestra μύ-
 θων involucre saepius adhiberentur, porro Em-
 pedocles μυθικώτερον ὡς ποιητής docuerit (cf. Sim-
 plicius ad Aristot. de Coelo p. 129) Scholiastes
 nihil videtur abhorrens a verisimilitudine scrip-
 sisse, hunc conjiciens μύθων auctorem esse, qui
 Gorgia p. 493. exponuntur. Empedocles igitur
 sit

sit μυθολογιῶν κομψὸς ἀνὴρ παράγων τῷ δυνάμει, etc. Nam, quae ibi reperiuntur verba Ἰσως Σικελὸς τις ἢ Ἰταλικός, cum ad rem omnino faciant nihil, suspicionem existimo nescio cujus referre, qui fabulas illas profectas videret ex schola Pythagoreorum magnam Graeciam habitantium; et vero ipsa vox Ἰσως arguit manum Glossatoris.

Communi et hic et caeteri fere hujus aetatis philosophi reprehensione premuntur, quod scientiae, quae ἡ περὶ Φύσεως Ἱστορία appellatur, ita studuerint, ut de doctrina morum parum solliciti essent. Ionicis porro in hac ipsa Physicae tractatione objicitur eos diligentius causas naturales indagasse, quam rationem, cur rerum universitas optime constituta esset, exposuisse: Phaedon. p. 96. sq. In primis culpatur ibi ANAXAGORAS, quod quum statuentem, ὡς ἄρα νοῦς ἐστὶν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, par esset mentis illius efficacitatem in singulis quibusvis rebus declarare, de hoc ne cogitasse quidem videretur, τῷ μὲν τῷ οὐδὲν χρώμενος, οὐδέ τινος αἰτίας ἐπαιτιῶμενος εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, αἴρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιῶμενος, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοκα. p. 98. B. Vid. Wyttenb. ad Phaedon. p. 258, qui ejusdem sententiae locum profert Leg. XII. p. 967. BC. Ex his tamen locis non recte effici, Anaxagoram animi immortalitatem negasse, ostendit idem de An. Imm. Opusc. II. p. 506. Celeberrima de Mente διακρομοίση opinio saepe apud Platonem occurrit, Gorg. p. 465. D. Cratyl. 400. A. 413. C. Notissimum placitum est de particulis similibus in-

ter se et minutis, ad quod Wyttenb. ad Phaed. p. 254. D. retulit ea, quae leguntur Phaedon. p. 96. ἐπειδὴν ἐκ τῶν σιτίων ταῖς μὲν σαρκὶ σάρκες προσγένονται, τοῖς δὲ ὀστοῖς ὀστᾶ, καὶ οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ αὐτῶν οἰκεία ἐκαστοῖς προσγένεται, τότε δὴ τὸν ὀλίγον ὄγκον ὄντα ὑστερον πολλὸν γεγονέναι. Idem suspicatur p. 301. adumbrationem Terrae superioris et coelestis Phaedon. 109. ex imagine, quam informaverat Anaxagoras, ductam esse. Astris observandis multum occupatus, primus statuit lunam a sole lucem mutuari, Cratyl. p. 409. A. ipsam terrenam dicens, solem lapideum. Apol. Socr. p. 26. D. Leg. X. p. 886. D. Auditorem habuit Periclem, Alcib. I. p. 118. C. et Phaedr. p. 97. B. D. qui, cum *nil parvum sapere et curare sublimia* doctus ab eo esset, dicendi ubertatem ex ejus institutione retulit, item ὑψηλοῦν τοῦτο καὶ τὸ παντὶ τελεσιουργικόν, magnanimitatem illam, cujus significatio insignem quandam habet vim ad animos commovendos. Profecto, nisi ex hujus magnanimitatis in oratore momento explicari possent verba Ciceronis Orat. 4, mirum esset Periclem, Anaxagorae praeceptis edoctum, *gnarum fuisse, quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur*: si quidem de variis animi motibus non magis disseruisse, quam de artificiis dicendi videatur. Narratur Hipp. Maj. p. 283. A. καταλειφθέντων αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι καὶ ἀπολέσαι πάντα ὅπως αὐτὸν ἀνδρῶτα σοφίσειν, ubi cf. Heindorf. Nec sane mirandum, si etiam ejus

pecus edit agellos
Cultaque, dum peregre est animus sine corpore velox,

quod alii, Horat. Epist. I. 12. v. 12. tradunt de DEMOCRITO: cujus philosophi mentionem, quamvis Plato fecit nullam, mihi tamen aliquam faciendam esse puto. De ipso enim, ut de multis prosae scriptoribus, ideo maxime siluisse videtur, quod libri illius et opiniones non nisi paucissimis ea aetate hominibus innotuerant. Nec plane desunt indicia, ex quibus colligatur Platonem ad Democriti sententias interdum respexisse. Veluti Dialogus Ion, cum negetur in eo, sine furore quemquam poëtam magnum esse posse, ad Democriti imitationem compositus alicui videatur. Nam

Ingenium misera fortunatius arte
Credat et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus.

Sed de suspitione ea nihil statuo; potuit enim Plato etiam alium sequi: si quidem erat *καλαϊδς μῦθος*, . . . *ὅτι ποιητῆς, ὁπόταν ἐν τῷ τρίποδι τῆς Μούσης καθίζηται, τότε οὐκ ἔμφρων ἐστίν.* Leg. IV. p. 719. C. Confirmatur tamen aliquantum a Cicerone Orat. III. 46. *Saepe audiui poëtam bonum neminem (id est quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris.* At contra vix dubium puto esse, quin Plato in orationis ornatu

consecrādo Democritum sit secutus, cujus locutio clarissimis verborum illustrata luminibus in exemplum orationis solutae ad poëticam prope dictionem accedentis una cum Platonis locutione proponitur. Cic. Orat. 20. et Wyttenb. | Epist. ad Hensdium, Opusc. II. p. 19.



P A R S A L T E R A.

DE SOCRATIS ET PLATONIS AEQUALIBUS.

Enumeratis, qui Socrate antiquiores fuerunt, sequitur, ut afferam in scriptionis altera parte, quos societas aetatis cum ipso et cum Platone copulavit. Apparebit, opinor, Platonem operam dedisse, ut saeculi pravitatem, quae in omnium rerum abundantia in dies augebatur, liberam contumaciam exagitaret; neque illud obiter in scriptis, verum data opera egisse. Acerrimus certe dolor significatur ubique, indignantis hoc malum in rempublicam et omnem Graeciam invasisse, ut cunctis ad famam et lucrum revocatis, non quod oporteret, sed quod prodesset, id civium studiis expeteretur.

Ut magnam materiae copiam ordine explicarem, Capita feci, quibus certas hominum classes complectar; Philosophos primo, altero Sophistas; tertio viros in re publica occupatos; quarto Poetas; quinto in leviorum artium studiis excellentes, sexto denique eos, qui privatam vitam agentes occurrunt,

CAPUT PRIMUM.

DE PHILOSOPHIS.

Philosophos Plato definivit, qui a rerum in sensus cadentium fluxu ad aeternam notionum mente percipiendarum veritatem animum extollerent (Φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταῦτὰ ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι· οἱ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐν πολλοῖς καὶ πάντως ἴσχυουσι πλανώμενοι, οὐ φιλόσοφοι: Rep. VI. p. 484. B): sive, aliis verbis, ad cognitionem sese applicarent eorum, quorum haec terra non nisi umbram referret: Rep. VII. p. 514. sqq. Talium philosophorum veritatem caeteris acutius videntium normā, cum singulorum res censebat regundas, tum vero gubernandas civitates: εἰ μὴ . . . εἰς ταῦτ' ὄξει πείσῃ δυνάμει τε πολιτικῇ καὶ φιλοσοφίᾳ, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν· δοκῶ δὲ, οὐδὲ τῷ ἀνθρώπινῳ γένει. Rep. V. p. 473. D. VII. p. 519. sqq. Sed illa erat suprema perfecti philosophi forma, a qua, quantum eorum, qui philosophi dicerentur, mediocritas abesset, Plato, si quis alius, praeclare intelligebat. Attamen hos ipsos, si inter tanta contagia

lu-

lucri amorem pulcri et veri retinerent, probabat et mirabatur. Non sane conveniebat ipsi cum vulgi opinione existimantis paucis esse philosophandum, vitam sic traduci non oportere. Et cum objiceretur in vulgus, plerosque ex iis, qui usque ad senectutem in studiis detinerentur, vituperandos, optimos vero inutiles esse: culpam istam minime in philosophia positam judicabat. Existimabat enim hoc mali principium esse; quod philosophia primum relinqueretur ab iis, quos cum natura, raro quodam beneficio, aptos ad ipsam reddidisset, multiplices illecebrae avocarent; deinde, tamquam vacua possessio, occuparetur a multis, quorum vel tenuitas parum ipsi honoris, vel nequitia dedecus etiam afferret. Quod si quis praeditus indole eximia et prope Divina, nullarum sese dulcedine rerum deliniendum et corrumpendum prae buisset, hujus dotes reipublicae idcirco non prodesse, quoniam sincera et magnifica philosophiae vox neque placebat, neque intelligebatur: igitur τῆς ἀχρηστίας τοῦς μὴ χρωμένους accusandos, ἀλλὰ μὴ τοῦς ἐπιεικέις. Rep. VI. p. 489. B. et cf. omnino totus hic liber et finis quinti libri. At vere philosophantis conditionem, quae plerisque humilis, et, quod a vulgari felicitatis opinione plurimum distabat, misera videbatur, Theaet. p. 172 — 176, Gorgias. p. 484 — 487, hanc censebat esse omnium maxime felicem, quippe quae sola et in his terris praeberet sinceram, παναληθῆ et καθαράν, voluptatem: Rep. IX. p. 583. sqq. et post mortem aditum ad summam beatitatem aperiret. Nam philosophum praeepto, quo finem libris de Republica imposuit,

obtemperare: ἀλλ' ἂν ἐμὸν πειθώμεθα, νομιζόντες ἀθά-
 νατον τὴν ψυχὴν, καὶ δυνατὴν πάντα μὲν κακὰ ἀνέχε-
 σθαι, πάντα δὲ ἀγαθὰ, τῆς ἄνω οδοῦ ἀεὶ ἐξόμεθα· καὶ
 δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν,
 ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ᾖμεν καὶ τοῖς θεοῖς, αὐτοῦ
 τε μένοντες ἐνθάδε, καὶ ἐπειδὴν τὰ ἄλλα αὐτῆς κομιζώ-
 μεθα, ὅσπερ οἱ νικηφόροι περιγαειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε,
 καὶ ἐν τῇ χιλιετείᾳ πορεύσονται . . εὖ πράττωμεν.

Quandoquidem autem tres fuerunt ea aetate maxi-
 me insignes familiae philosophorum, separatim agen-
 dum est de iis: suam igitur quique sectionem, So-
 cratici, Pythagorei, Eleatici habebunt.

SECTIO PRIMA.

De Socraticis.

Cum in omni de philosophia antiqua disputatione,
 tum in ea maxime, quae Platonis refert opiniones,
 praecipuum quemdam locum sibi vindicant philosophi
 a SOCRATE, quem Plato sententiae veluti interpre-
 tem elegit, nomen et originem ducentes. Plato ma-
 gistrum quam potuit accuratissime depinxit, ne for-
 mam quidem ejus et oris lineamenta omittens: οὐκ
 ἔστι καλὸς· προσέειπε δὲ Σωκράτει τὴν τε σιμότητα καὶ
 τὸ

ἐδ' ἔγω τῶν δμμάτων: Theaet. p. 143. C. Σακράτης τὸ
 εἶδος Σατύρων ὁμοίος. Sympos. p. 215. B. Deformita-
 tem corporis doctibus animi ingenique compensabat
 abunde. A re civili et a negotiis, animi quodam
 iudicio, abhorrebat, ut est apud Cic. Orat. III.
 Quae tamen pauca in republica gessit, ei honorifica
 sunt. Strenue et fortiter militavit, Symp. p. 221.
 Porro non hostium magis impetum neglexit, quam
 concionis concitatae furorem. Cum enim irata
 multitudo Imperatores injuste damnare vellet, ip-
 se autem in Proëdriis esset, negavit se populum
 in suffragia missurum. Huc pertinet locus Gor-
 gia. p. 474. A. οὐκ εἰμι τῶν πολιτικῶν, καὶ πέρυσσι
 βουλευεῖν λαχὼν, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐκρυτάνευε καὶ ἔδει
 με ἐπιψηφίζεῖν, γέλωτα παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην
 ἐπιψηφίζεῖν. Cf. Luzac in Disquisit. de Epist. ac
 Proëdr. post Orat. de Socrate Cive. p. 123. Et,
 prouti plebis, ita nec tyrannorum vindictam turpi
 facto effugit: sed, quum a triginta istis delectus es-
 set, qui ΛΕΟΝΤΕΜ Salaminium, divitiarum ergo ne-
 candum, Athenas adduceret; eorum jussu profec-
 tus non est, at rediit domum: ut narrat ipse Apol.
 S. p. 32. C. D. acerbe in Melitum, quippe quum fa-
 cilem hic sceleris sese ministrum praebuisset. Quo-
 niam de Socratis rebus gestis multa apud Platonem
 exstant, brevis esse cogor: sed cf. de his Luzac in
 Orat. I. Virtuti nihil anteponeus, boni ac puleri no-
 tionem, καλοκαγαθίαν, omnibus dictis et factis refe-
 rebat; et cum ad normam illam cuncta ab eo exa-
 minarentur, necesse erat pleraque huic regulae non
 convenire. Itaque, ut popularium mores a veterum in-

nocentia deflexos in viam, quoad posset, revocaret, nullam praetermittebat opportunitatem virtutis a ple-
 rorumque neglectu vindicandae: et Sophistas maxi-
 me, qui commendabant studium honoris potius,
 quam honesti, et plurimum pollebant Athenis, cona-
 tus est refutare. Provocabat igitur ipsos a perpetua-
 rum orationum magnificentia, in quibus sibi aliis-
 que magnopere placebant, sed quas se prae ingenii
 videlicet tarditate non assequi simulabat, ad brevis-
 simarum interrogationum responsionumque difficul-
 tates. Protag. p. 334 — 339. Gorg. p. 442. D. 449.
 B. Harum laqueis ita irretitos ipsos tenebat, ut quo
 se verterent, non haberent, sudarent, perturbarentur,
 ea demum ratione se expedirent, quam futilem
 esse et inanem omnes intelligerent. Idcirco nonnulli
 comparabant ipsum cum Scirrone et Antaeo transeun-
 tes luctari secum cogentibus, Theaet. p. 169. A. B.
 cum sagacibus alii Lacedaemoniorum catulis, Parmen.
 p. 128. C. alii cum torpedine, Meno. p. 80.
 Ipse vero obstetricis se similem praedicabat; cum
 ex parturientibus hominum ingeniis notiones involu-
 tas eliceret, vana quaevis et ἀνεμιατα abjiceret,
 probabilia et γόμματα retineret. Theaet. p. 149. sqq.
 Saepe dicebat (Euthyphr. p. 3. B. Apol. S. p. 31.
 D. p. 49. B. Theage. p. 129. Rep. VI. p. 496)
inesse sibi divinum quiddam, quod daemonium appel-
labat, cui semper ipse paruisset, numquam impellen-
ti, saepe revocanti. Cic. Divin. I. 54. Censuram
 non dura, horrida, agresti ratione agebat, at sin-
 gulari condiebat comitate, ut in oratione plena le-
 poris et humanitatis sapientia, quam homines δοξιδ-

σοφοὶ sibi arrogabant, iis tribueretur ab illudente; tenuem se homunculum simulante, omnium rerum inscium et rudem, nulla re commendatum nisi discendi cupiditate. Sermo igitur erat

urbani, parcentis viribus atque
Extenuantis eas consulto.

Verum a quotidianis vulgaribusque rebus iisque interrogationibus orsus, a quibus nihil sibi alii metuentum suspicarentur, his initiis insistens eo gradatim perveniebat, ut adversariorum, quae videbatur doctrina et sapientia, repente tota corrueret. Socraticam disputandi rationem ipse Plato Alcibiadis ore descripsit, Sympos. C. 222. A. Οἱ λόγοι Σωκράτους δημοῖτατοι εἰσι τοῖς Σειλήνοις τοῖς διοισμένοις. εἰ γὰρ θέλει τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖν ἂν πάνυ γελοῖοι τοκρῶτων· τῶν αὐτῶν καὶ ὄνματα καὶ ῥήματα ἔξωθεν περιαιμπεύχονται Σατύρου ἂν τινὰ ὑβριστοῦ δορᾶν. Διὸς γὰρ κενθηλλοὺς λέγει, καὶ χαλκίας τινὰς, καὶ σκοπτομόρους, καὶ βυρσοδέψας, καὶ αἰεὶ διὰ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ φάνεται λέγειν· ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἂν ἄθροπος πᾶς ἂν τῶν λόγων καταγελάσειε. διοισμένους δὲ ἴδων ἂν τις, καὶ ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος, πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μόνους εὐρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους, καὶ πλεῖστα ἀγάλματα ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντας, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πάν, ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῶ κἀγαθῶ ἔσεσθαι. Sed Symposium, p. 214—223, omnino legendum est, ἄτοπον Socratem illum cognoscere cupienti. Socratis consuetudine Plato multum erat usus; hu-

jus admiratione tenebatur; cum hoc ipsi et virtutis
 amor et aequalium reprehensio erat communis; hu-
 jus dissimulationem et ironiam, si literis consecra-
 retur, cum ad legentium studia retinenda aptam,
 tum ad notanda vitia efficacissimam intelligebat; hu-
 jus igitur voce Plato locutus est, et ea locutus, quae
 credibile est Socratem non disseruisse. Non videtur
 praetermittendus hic esse locus Ciceronis de Rep. I,
 10, ubi Africanus, *Socrates*, inquit, *ea, quae de ho-*
minum natura quaerentur, aut majora quam homi-
num ratio consequi possit, aut nihil omnino ad vitam
hominum attinere dixit. Dein Tubero: Nescio, Afri-
cane, cur ita memoriae proditum sit, Socratem om-
nem istam disputationem rejecisse, et tantum de vita
et de moribus solitum esse quaerere. Quem enim auc-
tores de illo locupletiore Platone laudare possumus?
cujus in libris multis locis ita loquitur Socrates, ut
etiam cum de moribus, de virtutibus, denique de
republica disputet, numeros tamen et geometriam et
harmoniam studeat Pythagorae more conjungere.
Tum Scipio: Sunt ista, ut dicis; sed audisse te cre-
do, Tubero, Platonem, Socrate mortuo, primam in
Aegyptum discendi causa, post in Italiam et in Sici-
liam contendisse, ut Pythagorae inventa perdisceret;
quumque et cum Archyta Tarentino, et cum Timaea
Locro multum fuisset; et Philolai commentariis esse
nactum: cumque eo tempore in his locis Pythago-
rae nomen vigeret, illum se et hominibus Pythagoreis
et studiis illis dedisse. Itaque cum Socratem unice
dilexisset, ei que omnia tribuere voluisset; leporem So-
craticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate
 Py-

Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contextuit. At ipse Plato noluit persuadere subtiles rationes, quas in immortalitate animi, idearum natura aliisque abstrusis rebus et impeditis explicandis adhibuit, a Socratis ingenio fuisse profectas: verum, cum notum esset sub Socratis persona proprias eum opiniones significare, nulla ratio fuit, cur in placitis ab eo non expositis, praesertim quorum veritatem suspicatus videretur (Cf. Wyttemb. de Immort. An. Opusc. II. 559 — 568), a consuetudine recedendum existimaret. Nec tamen de rebus occultis Socrates inducitur ita disserens, ut non a coelestibus rebus avocet philosophiam et ad vitam communem adducat; deque virtutibus maxime et vitiis, omninoque de bonis rebus ac malis quaerat: nihil affirmet ipse, refellat alios; nihil se scire dicat, nisi id ipsum: omnisque ejus oratio in virtute laudanda et in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis consumatur. Cic. Acad. Q. I. 4. Quamobrem non diffiteor Davisii conjecturam, qui in verbis proxime sequentibus (ut e Socraticorum libris, maximeque Platonis, intelligi potest) pro Platonis legendum putat Xenophontis, veram mihi non videri.

Quoniam autem Socrates, ut ait ipse Apol. S. p. 34. D. οὐδ' ἀπὸ θεῶν, οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκεν, ἀλλ' ἔξ ἀνθρώπων, hac opportunitate, antequam eos, qui ex disciplina ipsius profecti sunt, attingam; pauca quaedam de ejus cognatis dicam. Natus in tribu Antiochide, Apol. p. 23. B, Ἀλωπεκῆθεν, Gorgia, p. 425. D, matrem habuit PHAENARETAM obstetri-

cem, μάταν μάλα γένναιόν τε καὶ βλοσυράν, cuius ex munere ductus de ingenio parturienti jocus. Theaët. p. 149. Alcib. I. p. 131. C. Patre usus est SOPHRONISCO statuario. Alcib. I. 1. Propter hujus artem genus suum ad Daedalum jocose referebat. Euthyphr. p. 11. B, et Alcib. I, p. 121. A. Uxor ejus ΧΑΝΘΙΠΠΑ fuit in malam partem nobilitata; Xenoph. Symp. II, 10, et Diog. Laërt. II. 36; jure an injuria pronunciare non ausim et inalo parcere ei, Platonis exemplum secutus, qui nihil retulit, quod ipsi dedecori sit. Quamquam inducitur Phaëdon. p. 60. A, viri, quam putabat, calamitatem fletu et luctu adeo lamentans, ut domum, ne molestiam exhiberet, abducenda esset. Εἰς-ελθόντες κατελαμβάνομεν τὴν Εὐανθίππην, γιγνώσκεις γὰρ, ἔχουσαν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην. ὅς οὖν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Εὐανθίππη, ἀνευφίμησέ τε καὶ τοιαῦτα ἄττα εἶπεν, οἷα δὲ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες, ὅτι, ὦ Σώκρατες, ὕστατον δὴ σε προσε-ροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι, καὶ σὺ τούτους. Καὶ ὁ Σωκράτης βλέψας εἰς τὸν Κρίτωνα, ὦ Κρίτων, ἔφη, ἀπαγέτω τις ταύτην εἰκαδε. Καὶ ἐκείνην μὲν ἀπῆχόν τινας τῶν τοῦ Κρίτωνος βοῶσαν τε καὶ κοπτομένην. Quae verba sunt quidem minus honorifica: at suspicio, quae ex his duci posset, quasi Plato Chanthippae mores acerbè notare voluisset, modo universam feminarum apud Graecos conditionem cogitemus, multum minuetur. Verum, ut difficillimam mulieris indolem a Platone non respici paulo tamen diffidentius dico, ita pronuncio contra fidenter, fabellae, qua duas simul uxores Socrates habuisse narratur, nullum prorsus vestigium in Pla-

tonis scriptis adesse. Vid. Wyttenb. ad Phaedon. p. 325 sq. quique ibi citantur, quibus addatur Luzac in Lectionibus Atticis. Nam in Phaedone p. 116. B. *Τὰς οἰκείας γυναῖκας* esse mulieres vel familiares, vel potius famulas Wyttenbachius l. 1. ostendit. Qui ibi memorantur Socratis *παιδιά*, δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς, μικροὶ ἦσαν, εἰς δὲ μέγας, de iis cf. ib. p. 60. A., υἱεῖς μοι εἰσι τρεῖς, εἰς μὲν μαιράκιον ἤδη· δύο δὲ παιδιά, Apol. S. p. 34. A. cf. Wyttenb. l. 1. Archelaus, qui dicitur Socratis fuisse magister, a Platone non nominatur: sed, quia statuit δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρὸν, Diog. Laërt. II. 16, Heindorfius ad Sophist. p. 365. probabiliter disputat eum significari his verbis: δύο δὲ ἕτερος εἰπὼν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἢ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, συνοικεῖ τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι. Sophist. p. 242. D.

Socratis ex institutione, ut ex Isocratis ludo ait Cic. Orat. II. 22, *per principes* exierunt; quorum quem prius memorem PHAEDONE divinam illam Socratis morientis tragoediam recitante? Hae ipsae partes ei tributae arctissimam declarant fuisse illius eum Socrate et Platone necessitudinem; idemque confirmat amica ratio, qua Socrate cum ipso, caput demulcens, et *παίζων εἰς τὰς τριχας*, confabulatur; Phaedon. p. 89 — 91; tum vehementissimus dolor ejus, *ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ βία καὶ ἀσπικτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα*, ὥστε ἐγκαλυφάμενος ἀπέκλαιον *ἐμαυτὸν* p. 117. C; ipsa denique memoriam Socratis renovandi laudemque celebrandi cupiditas, *τὸ μνησθαι Σωκράτους ἔμοιγε ἀεὶ πάντων ἥδιστον*.

Quod si in his, qui se pro Socrate sponsores obtulerunt, Apol. S. p. 38, non recensetur, divitiarum hoc inopiae, non amoris mediocritati adscribi oportet. Cf. Diog. Laërt. II. p. 105.

Cum Phaedone jungo EUCLIDEM Megareum, quippe pari voluptate in memoriam Socratis redeuntem mortui, cujus et vivi sermones cupide audivisset: Gell. N. A. VI. 10. Aduerat quoque jamjam morituro una cum TERPSIONE amico, Phaedon. p. 59. B, philosophiae item cupido et acutissimi viro ingenii; si quidem nec familiarem Euclidis par fuit minus subtilem esse, nec eum, cui abstrusa sane et difficilis, quae in Theaeteto habetur, disputatio referretur. Quod Euclides de se ipse narrat, Theaet. p. 143. A, *ἔγραψέ μιν τῶν λόγων εὐθὺς οἰκᾶδ' ἑλθὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος, ἔγραψον· καὶ ὁσάκις Ἀθήναζε ἀφικοίμην, ἐπανηρώτων τὸν Σωκράτη δὲ μὴ ἐμεινήμεν καὶ δεῦρο ἑλθὼν ἐπανορθούμεν, ὥστε μοι σχεδὸν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται*, id igitur ostendit, quanta cupiditate et diligentia Socratis sententiam excipere soleret. Non arbitror in eum, quamvis Megaricorum principem, valere reprehensionem, quae in Platone subinde occurrit, contritarum fallaciumque conclusiuncularum. Nam, etiam si acumine doctoris postea discipuli abusi videantur, Euclides ipse minime fuit is, qui istiusmodi ineptiis multum occuparetur.

ARISTIPPUM contra notari a Platone existimo. Exstat locus acri profecto sale suffusus Phaedon. p. 59. B.

B, ubi merito, ut videtur, exagitur, quod ex Aegina brevissimum Athenas iter, ut extrema vice convenerit Socratem, non suscepisset. ΕΚ ΤΙ ΔΕ; Ἀριστιππος καὶ Κλεμβροτος παρεγένοντο; ΦΑΙΔ. Οὐ δῆτα ἐν Διγλῆ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. Cf. Wyttenb. ad Phaedon. p. 119. CLEOMBROTUS ille et Ambraciota Cleombrotus, qui, lecto Phaedone, se ex muro in mare abjecisse fertur; diversi sint, an unus et idem, statuere non licet: Wyttenb. ibid. p. 118. Fortasse verba modo allata, ingrati animi testimonium sempiternum, aculei dolore egerunt Cleombrotum ad mortem: posterii autem, sive ita existimantes; sive ut Epigramma in disputationis Platonicae efficacitatem scriberetur, causam facti ex vitae felicioris cupiditate repetiverunt, immemores tamen illi, Phaedon. p. 61 — 63, οὐ θεμιτὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτὸν βιαζέσθαι; eopiose disputatum esse. Non abhorret a verisimilitudine Cleombrotum ex iis fuisse, qui molli et enervatae Aristippi philosophiae se tradiderant, quae Platoni; voluptatem escam malorum, δελίαρ χακῶν, existimanti, turpissima videbatur: quare rationem istam plurimis locis, veluti Phaedon. p. 69, Gorg. p. 491 sqq. Rep. IX. p. 588 sqq, maxime in Dialogo Philebo refutavit. Nec tamen necesse est ipsum Cyrenaicos unice aut Aristippum spectavisse; nam opinio haec erat plurimorum, πολλάκις μυρίων, eo tempore ineptiae pravitateque accepta. Cf. Astius de Vita et Scr. Pl. p. 298. Similiter, cum in Phaedro p. 244. C, curiosa nominum derivandorum subtilitas ridetur, vix puto ANTISTHENEΜ prae caeteris signi-

nificari: cf. tamen Astius l. l. p. 104. Univer-
 se observandum est, eo ipso tempore, quo Pla-
 to scribebat, caeteros item Socraticos ad laudem,
 quam postea consecuti sunt, succrescere coe-
 pisse, et nondum tanta floruisse famae nobilitate,
 ut Plato, quid placeret ipsis, multum curavisse
 videatur. Quod cogitans facilius intelligo, cur
 mentio ipsorum raro admodum facta sit. Anti-
 sthenes recensetur in iis, qui Socrati morienti af-
 fuerunt, item AESCHINES, qui memoratur etiam
 Apol. S. p. 33. E: Xenophon, alter post Platonem
 Socraticae fons suavitatis, plane taceretur. Quam
 parcimoniam memorandi, quum multi ex alia causa
 explicari vix posse arbitrarentur, ex invidia repeti-
 verunt. Diogenes Laërtius attulit, quoscunque pos-
 set, inimicitiarum rumores, in Antisthenem III. 35,
 VI. 3, in Aristippum III. 36, in Xenophontem III.
 34. Athenaeus *ζηλοτυπίας* in Platonis scriptis indi-
 cia cupide collegit, L. XI. p. 504 sqq., numero
 multa, levissima pondere ac momento. Sed quo-
 niam hos refutaverunt multi et antiquitus (v. gr.
 Gellius N. A. XIV. 13.); et recentiori, etiam nos-
 tra aetate (Heindorfius ad Phaedon. p. 50, ad Protag.
 p. 561, Böckhiius *de Similitate, quae inter Plato-
 nem et Xenophontem fuisse fertur*), non opus est,
 ut quae ab ipsis acutissime observata sunt, hic re-
 petantur. Accusatores igitur istos relinquo, quae-
 rens hoc unum, quid tandem caeteris Socraticis
 Plato invidisset? qui si cum quovis eorum aut
 ingenii acuminē, aut dictionis facilitate et elegan-
 tia comparetur, injuria ipsi fieri vere dicatur; qui
 etiam

etiam ipsum illum Xenophontem, scriptorem, in paucis ab omni hominum aetate admirabilem, non modo subtilitate ingenii et ubertate, sed ipsius sermonis quoque dotibus ita superavit, ut, si Graeci merito dicant Xenophontem Musarum ore locutum, pari jure Platonem Jovis orationem dixerint adhibuisse. Itaque haec suspicio a Platonis magnanimitate procul, procul absit! eumque si non mea, at ipsius certe verba tueantur: οὐδὲ γὰρ πω σχολὴ τῷ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὔσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι, κάτω βλέπειν εἰς ἀνθρώπων πραγματείας, καὶ μαχόμενον αὐτοῖς, Φθόνου τε καὶ δυσμενείας ἐμπίπλασθαι· ἀλλ' εἰς τεταγμένα ἄττα καὶ κατὰ ταῦτ' ἀεὶ ἔχοντα ὄντας καὶ θεωμένους, οὔτ' ἀδικούντα οὔτ' ἀδικούμενα ὑπ' ἀλλήλων, κόσμος δὲ πάντα καὶ κατὰ λόγον ἔχοντα, ταῦτα μιμεῖσθαι τε καὶ ὅτι μάλιστα ἀφομοιωῖσθαι. Rep. VI. p. 500. B. C.

SECTIO SECUNDA

De Pythagoreis.

Secundi post Socraticos honores debentur Pythagoreis, quorum nomen dicitur per plura post Pythagoram saecula ita viguisse, ut nulli alii docti viderentur, et quos ipsum constat Platonem in omni fere phi-

Philosophiae parte plurimum secutum esse, etiam hi-
 nere suscepto ad eos, ut, cum Socratem expres-
 sisset, adjungeret Pythagorebrum disciplinam eā-
 que, quae Socrates repudiabat, addiceret: Cic.
 Fin. V. 29: de Rep. I. 10: Quod si praecipua
 doctrinae ipsorum loca cum Platonis conferantur
 placitis, continuo apparet summam utriusque phi-
 losophiae multis ex partibus similem esse. Ipsum
 cognitionis comparandae fontem neutra in sensibus
 ponebat, quibus parva ad judicandam auctoritas
 concedebatur, sed veram scientiam ex rerum for-
 mis mente percipiendis hauriendam arbitrabatur.
 Manifestum id erit, si Pythagoreorum hac de re
 opinio (vid. Tiedemann de Antiq. Graeciae Phi-
 los. p. 347 sqq.) conferatur cum iis, quae apud
 Platonem de sensuum imbecillitate et veritate idea-
 rum occurrunt. Cumque Arithmetica, Geome-
 triam, Astronomiam Pythagorei vehementer com-
 mendarent, quippe quibus artibus a fallaci sen-
 suum iudicio ad firmiorem mentis cognitionem et
 ad sinceram Dialecticae rationem animus ducatur,
 Plato iisdem de causis earundem doctrinarum studia
 summis laudibus ornat: Rep. VII. p. 522 — 533:
 Porro Pythagorei ex numeris et Mathematicorum
 initiis proficisci volebant omnia, Cic. Acad. II. 37,
 statuentes Ἀρχὴν τῶν ἀπάντων μονάδα, ἐκ δὲ τῆς μο-
 νάδος ἀόριστον δυάδα, ὡς ἂν ὕλην τῆ μονάδι αἰτή-
 ῃ οὐτι ὑποσῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου
 δυάδος τοὺς ἀριθμοὺς· ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν, τὰ σημεῖα.
 ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμὰς· ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχή-
 ματα· ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα· ἐκ

ἢ τοῦτων τὰ στερεὰ σώματα, ὧν καὶ τὰ στοιχεῖα
 εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· ἃ μεταβάλλειν
 δὲ (τε?) καὶ τρέπεσθαι δι' ὄλκον, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν
 κόσμον ἑμφυχον, νοερὸν, σφαιροειδῆ, μέσην περιέχον-
 τα τῆν γῆν, καὶ αὐτὴν σφαιροειδῆ καὶ περιοικουμένην,
 quem locum Diogenis Laërtii VIII. 23. cum pau-
 lo longior esset, apposuit tamen, quod in eò peran-
 guste contracta continentur arcana de origine mun-
 di, quae fusius in Platōnis Timaeo exponuntur:
 tum, quod ostendit Pythagoreos respici magnificēis
 sane verbis, Phileb. p. 16. C. D: θεῶν εἰς ἀνθρώπους
 δόσις ὡς γε καταφαίνεται ἐμοί, (Interpungi solet ita,
 ὡς γε καταφαίνεται, ἐμοί π.) πόθεν ἐκ θεῶν ἑρρίφη διά-
 τως Προμήθεος ἄμα φανοτάτω τινὶ κυρί· καὶ οἱ μὲν
 παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκούντες,
 ταύτην τὴν Φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἐνδὸς μὲν καὶ κοη-
 λῶν, ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι, πέρασ· δὲ καὶ
 ἀπειρίαν ἐν αὐτοῖς ἐξυμφοτόν ἔχοντων· δεῖν οὖν ἡμᾶς,
 τοῦτων οὕτω διασκεοσμημένων, ἀεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παν-
 τὸς ἐκάστοτε θεμένους ζητεῖν· εὕρησειν γὰρ ἐνοῦσαν·
 ἴδαν οὖν καταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἴ πως εἰσφ-
 σκοπεῖν, εἴ δὲ μὴ, τρεῖς ἢ τινα ἄλλόν ἀριθμόν, καὶ
 τῶν ἐν ἐκείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως, μέχρι περ' ἂν
 εὐ κατ' ἀρχᾶς ἐν, μὴ ὅτι ἐν καὶ πολλὰ καὶ ἀπειρῶ-
 ἴσσι, μόνον ἴδω τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. Multa in Dia-
 logo Philebo ex intima Pythagoreorum doctrina po-
 ti monet etiam Astius de Vita et Scr. Pl. p. 294.
 sqq. Inveniuntur haud pauca in Platōnis scriptis,
 quae ad numeros Pythagoreos pertinent: Rep.
 VIII. p. 546. et Leg. VI. p. 736. sq. Nam πα-
 λαιὸς λόγος ἀληθὴς ὢν, ὡς ἰσότης φιλόνητα ἀπεργά-
 ζεται Leg. 1. 1, ad nullos verius quam ad ipsos

refertur; ut locus Gorgia p. 508. A, vel solus declarare posset: *Φασὶ οἱ σοφοὶ καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆν . . . κοινωσίαν συνέχειν καὶ Φιλίαν, καὶ κοσμιότητα,* ubi mox sequitur, *οὐ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις . . . ἀλλὰ λήληθέ σε, ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται.* Idem omnia ad unam eandemque normam composita putabant, *ὁμοιότητα* quandam statuentes, qua *Φιλία* efficeretur (Lysid. p. 214. B. *οὐκοῦν καὶ τοῖς τῶν σοφωτάτων συγγράμμασιν ἐντετύχηκα, ταῦτα ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὸ ὁμοίον τῷ ὁμοίῳ ἀνάγκη αἰεὶ φίλον εἶναι; Εἰς δὲ που οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὄλου διαλεγόμενοι καὶ γράφοντες*); omnium rerum concentum et veluti harmoniam, ad quam mundum canere dicebant. Cic. Nat. Deor. III. c. 11. Itaque sunt, qui, Cratyl. p. 405. D, *Φασιν ὅτι ἁρμονία τινὲ πολλῆ ἅμα πάντα,* et vocantur *οἱ κομφοὶ περὶ μουσικὴν καὶ ἀστρονομίαν.* Consequens enim erat ut Musica magno apud ipsos in honore esset: hanc et Astronomiam apparet eos in diverso genere simillimas existimavisse, et cognationis veluti vinculo junctas ejusdemque socias dignitatis: *κινδυνεύει, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ὁμματα πέπηγεν, ὡς πρὸς ἑναρμόνιον φορὰν ὅτα παγῆναι καὶ αὐταὶ ἀλλήλων ἀδελφαὶ τινες αἰ ἐπιστῆμαι εἶναι, ὡς οἳ τε Πυθαγόρειοι Φασι.* Rep. VII. p. 530. D. Mirum non est Platonem, nulla in re magis ipsos, quam in Musica colenda secutum (cf. den Tex *de Vi Musicis ad excolendum Hominem e Sententia Platonis* p. 155, sqq.), addidisse, *καὶ ἡμεῖς συγχωροῦμεν.* Tum ea quae de Natura hominum et Deorum
in

in Phaedro aliisque Dialogis traduntur, magnam partem ab iisdem petita sunt; in his *ξύμφοτος δύναμις ὑποκτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου*: Hierocles in Aur. Carm. ad v. 69. Astius l. l. p. 105 sqq. Porro *Deum quidem supremum non esse nisi unum, at Deos alios ipsi minores subjectos esse, sententia erat Pythagoreorum, quam Plato maxime in Timaeo expressit*: Wytttenb. de Unit. Dei, Opusc. II. p. 386 sq. Gravissimum placitum de animi immortalitate jam Pythagorae magister Pherecydes docuisse fertur; cujus opinionem Pythagorei multis deinde firmatam argumentis ad eam probabilitatem adduxerunt, quam in primis in Phaedone expositam habemus. Omnia fere hujus Dialogi ratiocinia et celeberrimum quoque decretum de animorum migratione in corpora (vid. p. 12. A. B. et Wytttenb. in not. p. 210) sunt Pythagoreorum. Nec minori jure accepta refertur iis celeberrima animi humani partitio, quae Rep. IV. p. 436. sqq. occurrit; quod etiam e Cicerone potest intelligi Tusc. Q. IV. 5. *Veterem illam Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar, qui animum in duas partes dividunt; alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in particeps rationis ponunt tranquillitatem; id est, placidam quietamque constantiam; in illa altera motus turbidos, tum irae, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi.*

De Physicis haetenus. Quod ad Moralem Philosophiam attinet, opportuna sunt verba Wytttenbachii Philom. II. p. 240. *Quod vulgo fertur, Platonem*

philosophiae partem Moralem a Socrate summisso, et ipsum Socratem eam primum docuisse, habet hoc non nihil temeritatis; si quidem jam ante Socratem Pythagorei illam partem ad quandam rationem (systema) redegerant, eosque in hac, ut in reliquis philosophiae partibus, frequens secutus est Plato; ut ex illorum reliquiis apud Stobaeum servatis eorumque cum Platone comparatione, intelligitur. Et Socrates solam Ethicae partem παραιτητικήν, quae est de Officiis, tractavit; quum Plato alteram etiam partem δογματικήν, quae est de Principiis, a Pythagoreis acceptam tradiderit. Nam, ut hic etiam probem imo alteroꝝ exemplo Platonis convenientiam cum Pythagoreis; solennem virtutis in quatuor partes distributionem Plato subinde tradit, veluti Rep. IV, p. 449, Leg. I, p. 567, D, (paginae citantur Ed. Lugd. a. 1590; in Edit. Stephani est Rep. p. 430, C. D. Leg. 630. C.): et alibi, et apud Diog. Laert. III, 80: sumptam ex Pythagoreorum doctrina, ut apparet in eorum fragmentis apud Stobaeum Flor. I. v. c. Theagis p. 8—12. Metopī p. 7. Cliniae p. 8, caet. Wyttenb. ad Phaedon. p. 172, Eximius Platonis locus: πειρασθαι χρη ἐνθάδε ἐκείσε Φεύγειν ὄρε τέχιστα. Φυγή δὲ ὁμοίως θεῶν κατὰ τὸ δυνατόν. ὁμοίως δὲ δίκαιον καὶ ὄρειον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι, item, quae ibi sequuntur, Theaet. p. 176, manifesto a Pythagoreis ducta sunt iubentibus θεῶν ἔπεισθαι, quod praeceptum alibi etiam a Platone positum est, Cf. omnino Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 27, Virtutem porro et sapientiam cum ipsi, tum Plato statuebat musicae quasi concentu contineri (Vid. Wyt-

Wyttensb. ad Phaedon. p. 127): itaque Musicam in mundo dominari, in civitatibus, in singulis denique hominibus oportere. Nec diversam putabant esse rationem, qua optimus homo, ab ea, qua optima civitas informaretur. Nam de reipublicae constituendae modo probabile est Pythagoreos multos scripsisse (cf. de Geer *Diatribes in Politicos Platonicae principia* p. 122) conjungentes quaestionis tractationem utriusque, ut Platonem in libris de Republica fecisse videmus. Ipsius autem huc facientia praecepta a Pythagoreis magna ex parte ducta existimo: veluti, quod regiam reipublicae administrandae formam caeteris omnibus multum solet anteferre: cf. Rep. VIII. in. tum Dialogus, qui inscribitur Politicus, et qui plane secundum ipsorum doctrinam scriptus videtur. Quod ibi exstat p. 294. A. τὸ ἀρίστον, οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλὰ ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλεύειν, refert opinionem Pythagoream, bonum regem, νόμον ἐμφυχόν, scriptis legibus anteponendum esse: quia, ut ait Sopater Stob. Flor. p. 314. potest τῷ ἐπιεικῇ λεγόμενῳ δικαίῳ τὴν αὐστηράν τῶν νόμων φωνὴν παρεμβεῖσθαι. Vid. Valcken, ad Herod. III. 38. item Ast. de V. et S. p. 341, sqq. Denique observetur hoc; cum Pythagorei sententias non aperte nudeque profiteri, sed similitudinum et fabularum involucribus aut dissimulare ipsas, aut exornare solerent, verisimile esse plerosque, qui in Platone occurrunt, mythos, ut in fine Gorgiae, Phaedonis et libri X de Rep., vel petitos ab ipsis, vel ad eorum certe imitationem compositos esse.

Cum opiniones, quas attigi, commune sint Pythagorae.

thagoreorum quasi patrimonium, nec cui debeatur uniuscujusque inventi laus, verisimiliter affirmari possit, haec universe praemonenda duxi, antequam ad singulos, quos memoravit Plato, accederetur. Horum antiquissimus est PHILOLAUS, de quo vid. Phaedon. p. 61. D. De immortalitate animi apparet eum disputavisse, et, cum multa de officiis et vitae humanae consilio ac fine doceret, in primis hoc etiam monuisse, *ὅς οὐδέ τις αὐτῶν ἐαυτῶν ἀποκρινώσεται.* Vid. Olympiodorus apud Wytttenbachium ad Phaed. p. 130. monentem, hunc locum vel solum testari *Philolai aetatem minimum ad Olymp. XC pertinuisse, ut cum Thebis Simmias et Cebes audire potuerint; quippe qui Olymp. XCV, 1, Socrati morienti praesto fuerunt; unde consequitur Philolaum non potuisse Pythagorae vivo operam dedisse, quippe mortuo, ut scilicetissime, Olymp. LXXII: nisi illum supra centum annos visisse statuamus.* Auditores, quos cum Thebas venisset, dicitur habuisse, SIMMIAM et CEBE-TEM sermo in Phaedone habitus nobilitavit. Nimirum, cum Plato opinionem suam argumentis ex intima Pythagoreorum doctrina depromptis probaturus esset; eos inducendos judicavit, qui, quamvis leviter tantum ipsam tetigissent et diligentiore explicationem desiderarent, tamen de immortalitatis probabilitate aliquid certe suspicarentur. Nam haec sententia, quae philosophantium et Pythagoreorum maxime choro concludebatur, in vulgus nondum exierat: quod tum alia, tum Glauconis declarat, haud mediocris sane adolescentis, ad Socratem responsio. Cum enim hic dixisset, Rep. X. p. 608. D, οὐκ

ἤσθησαι ὅτι ἀθάνατος ἡμῶν ἡ ψυχὴ, καὶ οὐδέποτε ἀπόλ-
 λυται; Glauco, ἐμβλέψας καὶ θαυμάσας, inquit, Μὰ
 Δὲ οὐκ ἔγωγε· σὺ δὲ τοῦτ' ἔχεις λέγειν; Tum Thebani
 hospites erant ii, quos profecto non jurares Boeo-
 tum in crasso aëre natos: nam non doctrina tan-
 tum, sed cunctis ingenii dotibus cōmmendabantur.
 Juncti amicitiae vinculo erant in omnibus fere
 gemelli: porro doctrinae uterque sitiens putabat
 προαφίστασθαι, in rebus certe gravioribus, πρὶν ἂν
 πανταχῇ σκοπῶν ἀπειπῆ τις, πᾶνυ μαλθακοῦ εἶναι ἀν-
 δρός· Phaedon. p. 85. C. Simmias ex aequalibus
 suis significatur unus omnium plurimos λόγους πε-
 ποιηκέναι γεγενῆσθαι, ἤτοι αὐτὸς λέγων, ἢ ἄλλους
 ἐν γε τρόπῳ προαναγκάζων· Phaedr. p. 242. B.
 Cebes dicitur ἀεὶ ἀνερευνᾶν τινὰς λόγους, tenens
 etiam Epicharmeum illud, μέμνασ' ἀπιστεῖν· etenim
 οὐ πᾶν εὐδέως ἐθέλει πείθεσθαι ὃ, τι ἂν τις εἶπῃ, Phae-
 don. p. 63. A, et καρτερώτατος ἀνθρώπων ἐστὶ πρὸς
 τὸ ἀπιστεῖν τοῖς λόγοις. p. 77. A. Valebat et ipse
 et amicus, qua scilicet de tali re disputantes non
 poterant carere, magna ingenii subtilitate; quae
 cum in toto Dialogo, tum in dubitationibus mag-
 na persuasionis efficacitate motis, p. 84. C. — 89,
 elucet. Quamquam Simmias acumine insignis,
 non tamen Cebetem plane aequasse videtur: cer-
 te paulum labitur tum iudicio, p. 76. D, tum
 memoria, p. 73. A, et rationem, quam at-
 tulit, dubitandi, argumento Cebetis infirmio-
 rem esse, cum per se manifestum est, tum Wyttenb.
 ad Phaedon. p. 259, suspicatur ab ipso Platone
 indicari, p. 95. A. Τὰ μὲν Ἀρμονίᾳ ἡμῖν τῆς Θη-
 βαϊνῆς ἰλεὰ πως, ὡς ἔοικε, ματρὶως γέγονε· τι δὲ

δὴ τὰ Κάδμου; At Simmias, etsi inferior Cebete, haud mediocriter erat acutus: quamquam ambo non mentis magis acie, quam morum comitate ac necessitudinis officiis Socrati et Platoni placuerunt. Crito p. 45. B. Epist. XIII. p. 363. A.

Verum tempus est, ut ex praestantium virorum hospitio discedens, et PHAEDONDAM civem eorum (Wytt. ad Phaed. p. 118.) et, ut videtur, amicum, Phaedon. p. 95, C, ipsumque etiam Philolaum, cujus commentarios Plato nactus narratur esse (Cic. Rep. I. 10), relinquens, alios conveniam Pythagoreos. In quibus excelluit ΤΙΜΑΕΥΣ Locrus, nobilitatus cum suâ doctrinâ, tum Platonis studio, qui cum ipso multum dicitur fuisse, Cic. Rep. I. 10, et illius libello, de Animâ Mundi, suum ipse de hoc argumentô Dialogum accommodavit ac Timaei nomine inscripsit. Wytt. Op. II. p. 533. Erat ἐκ Λοκρῶν τῶν Ἐπιζεφυρίαν, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ πόλεως, Φιλόσοφος Πυθαγόρειος, ἔγραψε μαθηματικά τε, καὶ περὶ φύσεως σύγγραμμα, τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον· ἔνθεν ὁ Πλάτων καὶ τὸν διάλογον εἰς αὐτὸν ἔγραψε. Schol. ad Tim. p. 20. Ratio, qua Timaeus, ἀστρονομικώτατος καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιήμενος, Tim. p. 27, A, opinionem de Natura Rerum, abstrusam sane et difficilem intellectu, proponit, testatur ipsum a Platone ex animo laudari p. 20. A. Τίμαιος ὄδε, εὐνομιωτάτης δὲ πόλεως, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδεὶς ὑστερος δὲ τῶν ἐκεῖ, τὰς μέγιστας μὲν ἀρχὰς τε καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μεταπεχειρίσται, Φιλοσοφίας δ' αὐτὸν κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἀπάσης ἐλήλυθε.

Plato magni quoque fecit. ECHECRATEM Phila-
sium,

siunt, cui Phaedo refert sermonem ultimo vitae die a Socrate habitum. Hunc enim nobilem Pythagoreum esse, qui in *τελευταίῳ τῶν Πυθαγορείων* memoratur, Diog. Laërt. VII. 46, nisi constet, at probabile profecto videtur, cum Plato non ad vulgarem virum novissima Socratis verba fecerit referri. Sed quod indicia quaedam in Phaedone reperiuntur, veluti p. 88. D, ipsum Pythagoricae doctrinae non rudem, tamen nec peritissimum fuisse; credibile est eum paucis post Socratis obitum annis nondum ad eam scientiae copiam pervenisse, qua postea clarus existit. Quod si ita est, optime convenit in ipsum locus Epist. IX. p. 358. B: *Ἐχεκράτους δὲ καὶ οὖν ἐπιμέλειαν ἔχομεν, καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἔξομεν, καὶ διὰ σε, καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ Φρύνωνα, καὶ δι' αὐτὸν τὸν νεανίσκον.* Verum sic Echecratem Platonis discipulum citius, quam magistrum dixeris: quem tamen Cicero, Fin. V, 29, recenset in iis, ad quos Platonem narrat discendi cupiditate profectum. Hic autem locus non tanti videtur, ut sententiam ipsius Platonis auctoritate innixam evertat, aut possit, cum nullum distinctionis apud Platonem vestigium exstet, duos fuisse Echecrates, utrumque philosophum, utrumque Pythagoreum, utrumque Platonis amicum persuadere. Observandum enim est in Pythagoreorum aetate et rebus innumerabiles errores, etiam ab antiquissimis scriptoribus, esse commissos, ut nulla historiae Literariae pars inveniatur, in qua major sit ipsorum quoque Veterum dissensio. Vel igitur alium scrip-

torem secutus, vel ipse memoria Cicero errasse videtur. Equidem certe majorem quam ipsi, praesertim obiter Echecratem nominanti, Platonis testimonio fidem, quippe aequalis et familiaris, censo habendam esse. Nec magnopere obstat, quod a Platone Phliasius, a Cicerone Locrus vocatur: non enim aut necesse est, aut verisimile Echecratem uno eodemque loco omnem vitam egisse: et homines in antiquorum scriptis saepius varie appellantur, cum alii ad designandos ipsos urbem, unde orti sunt, eligant, alii eam, in qua habitaverunt.

ARCHYTAE Tarentini, qui Echecratem, ut vidimus, commendavit Platoni, magnum est nomen inter Pythagoreos, et cum eo Plato *Ξεγλαν* et *Φιλαν* *ἑπολησε*: Epist. VII. p. 338. C: postea ipsius in amicitia fidem, cum a Dionysio tyranno male haberetur, expertus: ib. p. 350. A. Super sunt duae Platonis ad ipsum Epistolae, Ep. IX. et XII, quarum illa indicat Archytam ab administranda republica, quamvis otii ad studia colenda cupidissimum, non abstinuisse; altera vero ipsos scripta sua inter se communicasse. Quod si cui Epistolae, quae Platonis nomine feruntur, germanae non videantur, qua de re dissentiunt viri docti (cf. Wyttenb. ad Phaedon. p. 108. item Astius l. 1. p. 504—530. et quos citat p. 504); ipsa tamen confectio Epistolarum testatur memoriam familiaritatis Platonem inter et Archytam ad posterum pervenisse, nec dubitandum esse de ipsa, praesertim quum multis aliorum scriptorum locis celebretur. Cf. Diog. Laërt. VIII. 79. sqq. Cic.

Fin.

Fin. V. 29. Senect. 12. Archytæ discipulus, Ep. VII. p. 339. A, ARCHEDEMUS in Epistolis Platonis nonnunquam ita memoratur, ut Plato familiariter usus ipso videatur: Ep. II. 310. B. 312. D. 313. D. E. Ep. III. p. 319. A. Ep. VII. p. 349. D.

Et hi quidem sunt, qui ex Pythagoreis nominatim a Platone referuntur. Sed, cum Pythagoreorum libris et consuetudine cupidissime fuerit usus, dubium non est, plurima in ejus operibus loca late-re, in quibus singulorum sententias et praecepta spectet aut imitetur; eorum etiam, quorum reliquiae ad nostra usque tempora pervenisse dicuntur. Itaque diligenti harum cum Platone ipso comparatione multa ejusmodi loca forte possent in lucem produci; quamquam sunt in conjiciendo cautiones haud paucae. Nam primum in reliquiis illis vulgo habentur, de quorum auctoritate jure dubitetur: tum fieri potest, ut sententia, quam propter similitudinem putes ex quodam scriptore expressam esse, aut ab alio ducta, aut a Platone ipso sit excogitata: cujus jam aetate Terentianum valebat illud,

Nullum est jam dictum, quod non sit dictum prius.

Attamen interdum hae suspiciones magna se verisimilitudine commendant. Veluti negandum non est probabiliter suspicari Wyttenbachium ad Phaedon. p. 118, dictionem Phaedon. p. 107, C, *εἰ μὲν ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντός ἀπαλλαγὴ, ἔρμαιον*

ἐν ἣν τῆς κακίης ἀποθανοῦσι τοῦ τε σώματος ἄμα ἀπηλ-
 λάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς, ex sen-
 tentia Theanus, quam Pythagoras uxorem habuisse
 fertur, transcriptam esse. Ex alia ejusdem mu-
 lieris sententia proficere potuit, Rep. II. p. 378, E,
 440, B, ut monet Den Tex. l. l. p. 133, quam-
 quam idem animadvertit secundum locum pari jure
 desumptum dici ex Lysidis Epistola, quam Ruhn-
 kenius ad Timaeum. p. 76, conjecerat Platonem
 ante oculos habuisse. Ex Onato quoque Pytha-
 goreo verisimile est cum alia duxisse Platonem,
 tum locum Phaedr. p. 246. E: cf. Wyttenb. ad
 Plut. de S. N. V. p. 27. Sed, cum res, quae ad
 Pythagoreos pertinent, summa obscuritate preman-
 tur et Veteres in iis tradendis mire dissentiant,
 praeclare agitur plerumque nobiscum, si, quid uni-
 versae placuerit scholae, de singulis iudicium co-
 hibentes, statuere possimus.

S E C T I O T E R T I A.

De Eleaticis.

Tertio loco prodeant Eleatici: quorum secta ex
 Pythagorae disciplinâ quasi propago quaedam ex-
 stitit (Wytt. Op. II. p. 541); ut honoris, quo
Pytha-

Pythagorei afficiuntur, quodammodo participes sint, et vicissim laudis, quae tribuitur ipsis, pars non sane exigua in Pythagoreos redundet. Duae in primis opinioniones, cum Plato vixit, adensione hominum commendabantur. Una erat eorum, qui nihil arbitrabantur stabile habendum, sed omnia perpetuo quodam fluxu contineri: alteram Eleatici plane oppositam illi profitebantur, docentes cuncta *esse*, nil *feri*, nec *interire*, nec *moveri*; porro unum esse omnia: ἄλλοι αὖ τάναντία τούτοις ἀπεφάναντο, οἶον ἀκίνητον τελέθει τῷ παντὶ ὄνομ' εἶναι, καὶ ἄλλα, ὅσα Μέλισσοι τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διίσχυριζονται, ὡς ἔν τε πάντα ἔστι καὶ ἔστηκεν αὐτὸ ἐν αὐτῷ, οὐκ ἔχον χώραν, ἐν ἣ κινεῖται, (Theaet. p. 180. E,) tollentes ἄλλως γένεσιν καὶ Φθορὰν (cf. Aristotel. de Coelo) et vero etiam κίνησιν, quamobrem festive ex adverso positi τῶν βδόντων, dicuntur οἱ τοῦ ὄλου στασιῶται: Theaet. p. 181. A. Harum sententiarum Plato ita neutram probabat, ut tamen ad Eleaticos inclinaret; praesertim cum Megarici, Eleaticorum successionem excipientes, a doctrinae severitate recessissent, et γένεσιν, τὴν δὲ οὐσίαν χωρὶς διελόμενοι, Sophist. p. 248. A, statuerent νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἶδη τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι, et eam, quae ab adversariis ἀλήθεια dicebatur, γένεσιν ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ, ib. 246. C, non multum remoti a doctrina Platonis de Ideis. Hinc fit, ut, cum alterius opinionis patroni soleant misere vexari, hi contra, etiamsi reprehendantur interdum, mitius habeantur.

Id maxime observatur in PARMENIDE longe maximo

mo Eleaticorum, qui vocatur *ὁ μέγας*, Sophist. 237. A. Sententiam involvit versibus ad intelligendum ob materie obscuritatem impeditis: Theaet. p. 184. Horum exstant nonnulli Sophist. l. 1; alii respiciuntur, Theaet. p. 180. E, ubi cf. Heindorf. Item Symp. p. 178. B. legitur: *Παρμενίδης δὲ τὴν γένεσιν λέγει*

Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσαστο πάντων.

Verum Heynius Glossema censet, forte ex Aristotele Metaph. I. p. 4. petitum: haesitante, ut videtur; Wolfio in Edit. Symp. p. 20. propter verba p. 195. C. *Φημι τὰ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν, Ἀνάγκη καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι.* quae tamen, cum praesertim ad alios spectent Hesiodi et Parmenidis versus, quam qui p. 178. memorantur, nullam habent vim ad conjecturam evertendam auctoritate Stobaei egregie munitam. Tenuit opinionem decantatam a Platone, non esse fidem sensibus habendam, neque aliquid sciri posse: Wytt. ad Phaedon. p. 151. seq. Notum est Parmenidem quiddam coronae simile effecisse (*Stephanen* appellat) continentem ardore lucis orbem, qui cingit coelum: Cic. Nat. D. l. 11. Hoc Plato forte secutus est, Rep. X. p. 616; *ἴδειν αὐτῷ κατὰ μέσον τὸ Φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἄκρα τῶν δεσμῶν αὐτοῦ τεταμένα. εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ Φῶς ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτω πᾶσαν συνέχον τὴν περιφορᾶν,* ut monet Ast. ad l. 1.

1. 1. Omnium acutissimus fertur fuisse; qui vero post eum Eleatici et Megarici fuerunt, plerique veram Dialecticam viam deseruerunt, gloriolam litigiose et fallaciter argumentando quaerentes: qui cum Parmenidis nomine et fama ad vitandas reprehensiones abuterentur, probabiliter disputat Astius de Vit. et Scr. Pl. p. 248, Platonem, ut a summo viro istam argutiarum labem depelleret, eum induxisse, qui suas ipse opiniones non argute, sed acute tueretur. Qua de re et de omni Parmenidis, in primis etiam quod ad Ideas attinet, opinionem certius constaret, si Dialogi Parmenidis finis superesset. Cf. Astius ibid. pag. 250. Colloquitur senex cum Socrate adolescente, quod per temporum rationem fieri potuisse vehementer Athenaeus et post ipsum multi aut dubitarunt, aut adeo negaverunt. V. Ast. l. 1. p. 247. Quibus eo facilius adsentiar, quo magis constat Platonem Chronologiae legibus non ita religiose paruisse, ut ab iis nunquam recederet: cf. Heindorf ad Protag. p. 466. Quidquid huius rei sit, Socrates certe sermonis illius saepius mentionem fecit, Sophist. p. 217, C. et in primis Theaet. p. 183. E, qui locus ostendit Platonem caeteros Eleaticos Parmenide longe inferiores iudicasse. Μέλισσαν μὲν καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ ἐν ἰστοῖς λέγουσι τὸ πᾶν, αἰσχυρόμενος μὴ φορτικῶς σκώπτωμεν, ἤττον αἰσχυρόμαί, ἢ ἓνα ὄντα Παρμενίδην. Παρμενίδης δὲ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Ὀμήρου, αἰδοῖός τε μοι ἄμικ δεινός τε· συμπροσέμιξα γὰρ δὴ τῶ ἀνδρὶ πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτης, καὶ μοι ἐφάνη βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον.

K

Sed,

Sed, quae de discipulo ejus ZENONE leguntur Parmen., p. 127. B. et p. 128, ubi dicitur cum magistro *εὐμήκης καὶ χαρισίς* *ἰδεῖν* venisse εἰς Παναθηναία τὰ μέγαρα, ea vix putem irrisione vacare, quod totus locus et ipsius Zenonis responsio, p. 128. B, C, indicat, Socrati, ut videtur, subirascentis. Causas reperiemus potissimum quas, cur Zeno Platoni non placuerit: primam, quod mercedem exegit a discipulis, Alc. I. p. 119. A: *αἰτίαν ἔσχε διὰ τὴν Ζήνωνος συνουσίαν σοφώτερες γεγονέναι Πυθόδωρος ὁ Ἰσολόχου, καὶ Καλλίας ὁ Καλλιᾶδου· ὧν ἕκαστος Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας, σιφῶς τε καὶ ἐλλόγιμας γέγονεν.* CALLIAS dux erat Atheniensium, Ἀθηναίων στρατηγός, ut ait Scholiastes, *ἔνδοξός τε πολιτικός καὶ αὐτός.* Cf. Thuc. III. 61. sqq. RYTHODORUM autem arbitror utrumque, et σοφὸν et ἐλλόγιμον, nonnisi mediocriter fuisse, si quidem neque a caeteris scriptoribus multum celebratur, neque a Platone, nisi quod Parmen. p. 126, B, dicitur *τις* Zenonis ἑταῖρος, hospitii officio magis, opinor, ipsi, quam ingenii acumine junctus. Altera Zenonis culpa haec est, ipsum a liberali ratione disserendi ad turpem disputandi modum deflexisse, *πραγματευόμενον περὶ φύσιν, ὡς Παρμενίδης, ἐλεγκτικὴν δὲ τινα, καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσιν ἐξασκήσαντα ἔξιν,* ut est apud Plutarchum in Pericle; quare credo Diogeni Laërtio IX. 25, et Scholiastae, eum qui Phaedr. p. 261, D, dicitur Ἐλεατικός Παλαμῆδης, Zenonem esse λέγοντα τέχνη, ὡς δοκεῖν φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ

ἔν

ἐν καὶ πολλὰ, μένοντά τε αὐ καὶ φερόμενα. Cf. Heindorf. ad Phaedr. p. 302. Nam par erat ipsum, ad Sophistarum rationem argumentandi proxime accedentem, Platonis reprehensione notari.

Reliquus est ELEATICUS HOSPERES, ἀδριστον, ut puto, πρόσωπον, partibus ad Socratem mandari solitis, in Sophista et Politico functus. Quod cur fiat, in promptu non est. Argumenti quamvis abstrusi subtilitas in causa non sit: etenim constat Socratem de rebus aequae impeditis et de omni reipublicae constituendae ratione in Platonis scriptis disputare. Fieri potest, ut Astius, l. l. p. 214, vere existimet reverentia Parmenidis a more suo recessisse Platonem, ut non nisi ab Eleatico Eleaticorum princeps refelleretur; praesertim cum tanta subtilitate dicatur fuisse (Sophist. in.), ut ne Parmenidi quidem turpe esset a tali viro refutari posse. Verum Parmenides nec saepe in Sophista, et in Politico omnino non refutatur; ut vix operae pretium fuerit quod lenem erroris notationem constantem neglexisse consuetudinem. Fateor magis me inclinare eo, ut, quod in Parmenide Astius observat, hic etiam observem. Nempe cum litigiosum et fallax multorum ejus aetate acumen ad Eleaticam semper familiam provocaret, multique, quamvis illo honoris titulo indigni, Eleatici haberi vellent; credibile est Platonem exemplo docere voluisse, quantum inter ipsorum rationem et germanam Eleaticorum Dialecticam interesset; quod forte indicat ipse consilium, cum ξένον illum sta-

tim ab initio *μετριώτερον* dicit τῶν περὶ τὰς ἑρ-
δας ἰσχυροτέρων. Certe scholae famam sibi tuen-
dam esse duxit, cujus patronos magni faciebat,
eos quidem, qui doctrinam et rationem Eleaticam
veram sinceramque retinebant.



CAPUT SECUNDUM.

DE SOPHISTIS.

Quoniam dixi de philosophis, ordine ad imitatores philosophorum (*μιμητὰς τοῦ σοφοῦ*: *Sophist.* p. 268. B.) deducor. Horum Sophistarum genus varium et multiplex subito exorsum est ex Graecorum et maxime Atheniensium studio; postquam, bello Persico feliciter gesto, abundare otio coeperunt et cupidi esse audiendi ac discendi ea maxime, quae ad honores et opes consequendas prodessent. Itaque factum est, ut ex diversis Graeciae partibus, imo ex aliis item regionibus multi convenirent Athenas, qui eximiis doctrinae copiis et ingenii dotibus instructi de quavis re sic loquerentur, ut clamores hominum et admirationes efficere possent: tum ad temporum, se rationem accommodantes, omnium rerum peritiam profiterentur, in primis quemadmodum ad civitatis principatum perveniretur; cujus admirabilis opinione sapientiae magnam apud plerosque, apud adolescentulos incredibilem nanciscebantur gratiam et auctoritatem. At Plato intelligebat doctrinam

eorum non veram, sed speciosam esse (δοξαστικὴν τινὰ περὶ πάντων ἐπιστήμην, ἀλλ' οὐκ ἀλήθειαν: Sophist. p. 233. C): neque enim fieri posse, ut unus in omnibus excelleret: itaque necesse esse ipsos, praestigiatorum instar, audientium mentes, levium potissimum et imperitorum, γοητεύειν, fascinare. Vid. Rep. X. p. 598. et Sophist. p. 234. C. Cumque ostentationis et quaestus causa philosopharentur, utrumque, ut vere philosophantis dignitate indignum, graviter reprehendebat; nec ferebat eos operam dantes, non ut vera, sed ut probabilia et mirabilia in disputationibus de philosophia, in iudiciis, in concionibus afferrent; plebem, belluam multorum capitum, adulantes; omnia ad τὸ δοκεῖν, ad τὸ εἶναι nil referentes; virtutem aut vituperantes, aut, si unus et alter commendaret ipsam, commendantes ut divitiarum et gloriae ministram. Itaque, secutus Socratem, contra Sophistas maxime suscepit virtutis patrocinium; humilem et abjectam vivendi docuit esse rationem, si quis felicitatem opibus et gratia metiretur, neque intelligeret, beatum neminem nisi bonum, et omnes bonos beatos esse; ipsos denique illos principes, ut putabantur, sapientiae modo irrisit festivitate, modo gravitate percussit.

Etsi plerique Sophistae nihil ex doctrinae suae ambitu excipiebant, habebant tamen, quibus prae caeteris operam darent, ut eadem res ab aliis de industria; ab aliis obiter tractaretur, et duplex veluti familia, una constitueretur eorum, qui in Natura rerum explicanda, in cognoscendi fonte similibusque
 quae-

quaestionibus abstrusis et impeditis jactarent peritiam, et eximie vocarentur Sophistae; altera vero contineret eos, qui propiores oratoribus eloquentia maxime et artificiis dicendi tradendis hominum studia occuparent. Deinceps de utrisque et peculiari quidem in Sectione dicam. Quae fuerit docendi ratio Sophistarum e sententia Platonis, exposuit De Geer in Diatr. l. Cap. I. S. 1.

SECTIONO PRIOR.

De iis, qui eximie dicuntur Sophistae.

Hi quamquam virtutis et sapientiae doctores se profitebantur, in philosophiae studiis parum curantes, quid verum esset, rationes tantum indagabant, quibus eloquentiae laudem et subtilitatis, captationibus etiam et fallaciis, adsequerentur; exiguis vero finibus totum circumscribebant virtutum munus, ut scilicet res familiaris et publica bene administraretur: Protag. p. 318. E. *περί τε τῶν οἰκίων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὐτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατότατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν.*

Hoc dicit ille ipse PROTAGORAS, qui Sophistarum duxit agmen. Abdera oriundus, Rep. X. p. 600. C,
De-

Dencocritum narratur audivisse: Diog. Laërt. XI. 53. Eo ingenio eaque doctrina fuit et vero floruit per quadraginta annos, Menon. p. 91, ut inclytum esset ipsius nomen apud Graecos caeterorumque Sophistarum famam longe longeque superaret et fere obrueret. Nullum disputationis genus a se alienum existimabat deque omni re pollicebatur se, prouti quis vellet, aut copiosissime, aut brevissime diciturum esse. Protag. p. 334. C. 335. B. Eloquentiae facultatem probavit cum bene dicendo, tum inventis in arte quibusdam. In Phaedr. p. 267. C. ad eum referuntur ὀρθοῦσαι γέ τις καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ. Scriptae porro fuerunt et paratae a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci: Cic. Brut. 12. Varia studiorum genera non sermonibus tantum, verum etiam scriptis est persecutus; ut ex librorum titulis apud Diogenem Laërtium, IX, 55, apparet, ex quibus Plato citat τὰ περὶ τε πάλης καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν (Sophist. p. 232. D. cf. Astius l. l. p. 196): saepius autem id opus, quod Ἀλήθεια inscriptum erat: cf. Schol. ad Theaet. p. 161. C. Libri titulo Socrates illudens dicebat *veritatem* istam *veram* non esse: οὐδενὶ ἂν εἶη ἡ Πρωταγόρου Ἀλήθεια ἀληθής, Theaet. p. 171. C: εἰ Πρ. ἀληθῆ ἔλεγε καὶ ἔστιν αὕτη ἡ Ἀλήθεια, Crat. 386. C: εἰ ἀληθής ἡ Ἀλήθεια Πρ. Theaet. p. 162. A. Nam hoc scriptum continebat celeberrimam sententiam de homine mensura rerum omnium, πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ

ἔστιν. Theaet. p. 152. A, notatam, ut monet ibi Heindorf. p. 313, Leg. IV. p. 716. C: ὁ δὲ θεὸς ἡμῖν πάντων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολλὸν μᾶλλον ἢ πού τις, ὡς Φασιν, ἄνθρωπος. Protagoras decreto suo spectabat id, ut secundum Heraclitum omnia fierent, non essent, et in perpetua mutationum serie versarentur. Quamobrem Plato sententiam ejus cum in Cratyl. p. 385 sqq., tum maxime explosit in Theaeteto, ostendens, hac admissa, omnes aequae sapientes esse, nullos esse posse magistros, nullos discipulos; hoc vero vel maxime ridiculum esse, quod Protagoras sua ipsius sententia damnaretur, qui caeterorum, eorum etiam qui improbarent et illuderent ipsum, sententias ratas censeret esse. Cf. in primis Theaet. p. 179. A. B. C. Aliud Protagorae placitum, seu potius Sophisma, impugnatur Theaet. p. 187 sqq., Cratyl. 429. D. sqq., frequentatum postea multis, οὐκ εἶναι ψευδῆ δοξάζειν, οὐδὲ λέγειν: cf. Theaet. 167. D. Soph. p. 260. C: qui λόγος Socratis judicio, Euthyd. p. 286. C, ἀνατρέπων τοὺς τε ἄλλους καὶ αὐτὸς αὐτὸν, ex arguta sententiae Parmenideae interpretatione ducebatur, Sophist. p. 237. A. In his igitur non parçitur ipsi; nec cur Protagorae admodum parceretur, causa fuit. Nam et quaestus aviditate, (cf. Protag. p. 328. B. C. Diog. Laërt. IX. 52), et arrogantia haud mediocri erat insignis; opinionumque fautor, quae falsae et vero perniciosissimae essent. Virtutem non prorsus exulare, at esse ancillulae instar, et opes colligere voluptatibusque ministrare jussit. Primus prae se tulit doctrinam,

eius erat turpissima formula, πῶν ἦν τῶ λόγον κρείττονα ποιεῖν. De Diis denique praedicavit se utrum essent nec ne, dubitare; ut constat quoque ex Theaet. p. 162. D: θεοὺς ἔκ τε τοῦ λέγειν καὶ τοῦ γράφειν περὶ αὐτῶν, ὡς εἰσὶν ἢ ᾧ. οὐκ εἰσὶν, ἔξαιρῶ. Sophistarum erat quidem facile princeps; sed hoc ipsum necesse erat non leniorem efficere Platonem, verum contra ad culpandum incitare; ut scilicet in Protagora, hominum admiratione maxime florenti, ostenderet inanem esse et vanam Sophistarum artem. Itaque hunc saepius, data opera, perstringit; et in sermone, qui ejus nomine inscribitur, ita inducit, ut virtutem sese traditurum professus, quid sit virtus, ignoret; porro in angustias adducatur et ineptiat, omninoque petatur mordaciter et acerbe, quod ex toto Dialogo apparet et maxime p. 333. A, ubi cf. Heindorf. p. 545: p. 335 sqq., p. 342. A, ubi cf. Peindorf. p. 578: p. 347. C, p. 348. B, p. 360. C. D. E. sq. Nam quod in exitu, p. 361. C. profitetur, se maximi facere Socratem, in eo videtur stomachum, ut solent homines, laude dissimulare, et Socratem delinire velle, ut tandem faciat exagitandam finem. Mythus, qui inde a p. 320. C. ad p. 323. D, refertur, non caret quidem ille elegantia et venustate, neque admodum premenda videtur suspicio Astii p. 71, qui putat hac ipsa fabula, quod in ea artium civitatumque ortus ex indigentia repetuntur, humilem Sophistae et abjectam indolem notari. Attamen nemo idcirco existimet Platonem Protagoram mitius habuisse. Nam ornatum orationis et
uber-

ubertatem Sophistis et facultatem suaves mythos suaviter enarrandi non denegabat: haec ipsa fatebatur iis adesse; alia, et majora, virtutis maxime studium, desiderabat. Non omittendum est, quod Heindorf. ad Protag. p. 505, 509, monuit, Platonem dictionem Protagorae, quae redundabat ornamentis, expressisse. Multa certe ejus sermoni apparet inesse, a Platonis ratione aliena; nec probabile est, quod in Hippiam fecit et Prodicum, ut sonum orationis imitaretur, idem ipsum in Protagora non fecisse. Sed, quo grandius fuit Protagorae dicendi genus, eo magis mirandum exiles inveniri in media oratione sententias et nil nisi modo dicta aut mox dicenda continentes. Nam si, postquam narratum esset, Prometheus *τὴν ἔντεχνον σοφίαν οὖν περὶ* hominibus donasse, haec sequerentur: *ἔπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος θείας μετέτχε μοίρας, πρῶτον μὲν, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν, ζῶων μόνου θεοῦ ἐνόμισε*, et quae p. 322. A., plura leguntur, quis tandem aliquid requireret, aut non omnia optime inter se nexa putaret esse? Nunc vero hoc dicitur: *τὴν μὲν οὖν περὶ τῶν βίων σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν. ἦν γὰρ παρὰ τῷ Διῖ, id quod primum hoc loco est ineptum, deinde alio mox loco exponitur: πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὐκ εἶχον — Ζεὺς οὖν δέσπασε, etc.* p. 322. B. C. Tum, quae p. 321. C. de igni erepto referuntur, eadem p. 321. D. E., et p. 322. A., in verbis *τῷ δὲ Προμηθεὶ εἰς μὲν τὴν ἀπρίπολιν — κλοπῆς δίκην μετέλλθεν*, paulo fusius repetita sunt, et ita quidem, ut potius Glossatoris, antiquissimi tamen,

sedulitatem referre, quam elegantiam Protagorae videantur. Quidquid hujus rei sit, id certe existimo Platonem non leniter Protagoram et remisit, sed veluti coryphaeum et *εὐδοκιμοῦντα ἀθλητὴν* maximis esse viribus adgressum, cum prospiceret, hoc devicto, fore, qui sibi resisteret, neminem. Cf. tamen Den Tex Diatr. I. p. 136.

Necesse autem erat, cum tanta gloria Protagorae esset, magnam quoque discipulorum frequentiam esse. In his videtur fuisse PHILIPPIDES ὁ Φιλομήλου: fuit certe ANTIMOERUS Mendaeus, qui ad similem magistri laudem florescere putabatur, *ὡς περ εὐδοκιμαῖ μάλιστα τῶν Πρωταγόρου μαθητῶν καὶ ἐπὶ τέχνῃ μακρόναι, ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος*. Protag. p. 315. A.

Et quoniam Protagoras sententiam Heracliti re-coxit, non alienum erit nunc in scenam vocare, qui, sive Protagoram, sive ipsum Heraclitum secuti, eandem de rerum omnium fluxu doctrinam profitebantur. Quamvis Plato nec caeteros istius opinionis patronos patiebatur intactos abire, in nullos parem adhibuit acerbiteriam ei, qua Heracliti sectatores, *ἰταῖροι*, Ioniam et maxime Ephesum habitantes, irridentur. Magistri cum obscuritatem narrantur superare, *ὡς περ ἐκ Φαρέτρας ῥηματίστικα αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι*: Theaet. p. 180. A: tum placita ipso referre habitu mentis; quippe qui nil constare in ipsa paterentur, *εὖ πάνυ φυλάττουσι τὸ μηδὲν βέβαιον εἶναι μήτ' ἐν λόγῳ μήτ' ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς, ἡγούμενοι . . . αὐτὸ στάσιμον εἶναι*. τούτῳ δὲ πάνυ πολεμοῦσι, καὶ, καθύστερον δύνανται, πανταχόθεν ἐκβάλλουσι, ita ut

οὐδὲν μᾶλλον οἶδντε διαλεχθῆναι ipsis, ἢ τοῖς οἰστρώ-
 σιν. p. 179. C. Culpa obscuritatis erat He-
 racliteis fere communis, et etiam CRATYLO obji-
 citur, qui loquebatur oraculi paene more, Crat.
 p. 384. A: et, cum statuisset *δρῶδτητα* esse *δνο-*
μάταν, dicere non poterat, quatenam esset: p. 427.
 D. Huic Cratylo τῷ Ἑρακλειτεῖω Plato narratur,
 mortuo Socrate, sese applicuisse: Diog. Laërt.
 III. 9. Quod si credatur, non tamen Plato
 magni fecerit institutionem magistri, quem ser-
 mo Socratem inter et ipsum adolescentem, Crat.
 p. 440. D, habitus, pertinacia magis et vanitate
 excellentem, quam aut doctrinae copiis, aut inge-
 nii subtilitate ostendit. Videtur, Prodicī forte
 exemplo, plurimum in nominum origine indagan-
 da versatus fuisse, quorum *δρῶδτητα* φύσει πεφυ-
 κύτων affirmat. Sed, ut hac quidem in re videtur
 Platoni cum ipso fere convenisse (Cratyl. p. 427.
 D. 428. B. C), ita in Heracliti philosophia et
 Protagorae captionibus, quas acriter atque adeo
 impudenter Cratylus tuebatur, p. 429 sqq., mini-
 me conveniebat ridenti harum opinionum fauto-
 res, cum in fine Dialogi, tum p. 411. B. C: Καὶ
 τῶν νῦν οἱ πολλοὶ τῶν σοφῶν, ὑπὸ τοῦ πύκνου περι-
 στρέφουσαι ζητοῦντες, ὅτι ἔχει τὰ ὄντα, αἰεὶ ἰλιγ-
 γιώσι, καὶ πάλιν αὐτοῖς φαίνεται περιφέρειν τὰ πράγ-
 ματα καὶ πάντως φέρουσαι· αἰτιῶνται δὲ οὐ τὸ ἔνδον
 τὸ παρὰ σοφίᾳ πάθος αἴτιον εἶναι ταύτης τῆς δόξης·
 ἀλλὰ αὐτὰ τὰ πράγματα οὕτω πεφυκέναι, οὐδὲν αὐ-
 τῶν μόνιμον εἶναι, οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ ῥεῖν καὶ φέρε-
 σθαι καὶ μετὰ εἶναι πάσης φορᾶς καὶ γενέσεως αἰεί.

At Cratyli pertinacia non magis poterat irrisione frangi, quam argumentis. Parum profecto convenienter ei, qui Socrati succubuerat, profitetur, οὐδὲ νυνὶ ἀσκέπτως ἔχω, an βέβαιον aliquid in rerum natura sit, ἀλλὰ μοι σκοπούμενῳ καὶ πράγματα ἔχοντι πολὺ μᾶλλον ἐκείνως φαίνεσθαι ἔχειν, ὡς Ἡράκλειτος λέγει. p. 440. D. Neque enim ante ἔχειν interponendum esse ἤ, monuit Heindorf. p. 183, cujus rationibus haec quoque addi potest, non exspectandum esse a Cratyli moribus et indole, ut, victum se fassus, relinquat Heracliti partes.

Facienda hic ΕΥΘΥΔΕΜΙ mentio doctrinam profitentis opinioni Protagorae similem, sed quam, ut conciliaret ipsi gratiam novitatis, miris extulit verbis nonnisi ineptissimorum ope Sophismatum interpretandis. Statuebat enim πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί: Cratyl. p. 386. D; cf. Heindorf ad h. l. p. 14. Eadem sententia fusius exponitur Euthyd. p. 295., ut unus utroque loco memoretur Sophista, cum fratre DIONYSODORO praeter eloquentiae artiumque maxime bellicarum peritiam, virtutem solitus polliceri παραδοῦναι κάλλιστ' ἀνθρώπων καὶ τάχιστα. Euthyd. p. 273. C. D. Hi, Socrates inquit, p. 271. C, τὸ μὲν γένος, ὡς ἰγῶμαι, ἐντεῦθεν πόθεν εἰσιν ἐκ Χίου, ἀπήκησαν δὲ εἰς Θουρίους. Φεύγοντες δὲ ἐκεῖθεν πόλλ' ἤδη ἔτη περὶ τοῦσδε τοὺς τόπους διατρίβουσιν. ubi cf. Heindorf. p. 301; unde manifestum est in festiva comparatione, quae p. 297. C. occurrit, ipso vitam casus significari. Euthydemus Diony-

sodoro forte paulo erat acutior, ut tum ex aliis locis colligo, tum ex p. 97. A. Cæterum neuter neutri aut vanitate cedebat, aut studio turpiter cavillandi; quam τέχνην ἐριστικὴν, τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης proprie partem, Sophist. p. 225. C, Plato sæpe notavit, veluti Phædon. p. 101. D. E, Φιλοσόφους ὀρπονens ἀντιλογικούς, qui ἱκανοί, ὑπὸ τῆς σοφίας ἡμοῦ πάντα κυκῶντες, θμῶς δύνασθαι αὐτοὺς αὐτοῖς ἀρέσκειν, Phileb. p. 17. A, διακεχάρισται ἐφ' ἑαυτῶν διαλεκτικῶς, . . . καὶ τὸ ἐριστικῶς . . . ποιῆσθαι τοὺς λόγους, Meno p. 75. D: cf. Cl. Heusdius in Specim. Critico p. 99. Hos autem, istius artis tutos, ut putabant, præsidio, ipsa ista cavillatione prostravit et ita traduxit, ut nullos dicas ipsis aut insulsius disputare, aut potuisse salsius irrideri. Cujus irrisio- nis specimen hoc sit: Euthyd. p. 278. Βι ταῦτα δὴ τῶν μαθημάτων παιδιὰ ἴσθι, διὸ καὶ Φημι ἐγὼ σοὶ τοὺτους προσ- παιζειν· παιδιὰν δὲ λέγω διὰ ταῦτα, ὅτι εἰ καὶ πολλά γινῆσθαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μάθει, τὰ μὲν πράγματα οὐδὲν ἂν μᾶλλον εἶδειν ἢ ἔχει, προσπαιζειν δὲ οἷός τι ἔν ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων διαφορῶν ὑποσκελιζῶν καὶ ἀνατρέπων· ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὴν ἴδωσιν ὑπτίον ἀνατετραμμένον· ὅτι Plato in iis et ipse referatur, qui αἰσχυνθεῖν ἂν μᾶλλον ἐξελέγοντες τοιούτοις λόγοις τοὺς ἄλλους, ἢ αὐτοὶ ἐξελεγχόμενοι. p. 303. D.

Verum a Sophistarum faece revertor ad nobilitatem, et primum quidem ad PRŌDICUM venio, oriundum ex insula Ceo: Protag. 319. B. Quamobrem reponi oportet, Rep. X, p. 600, pro Κῆρος vocem Κεῖρος;

De Geer in Diatr. p. 6. Similis permutatio Scholiasten ad Aristoph. Aves. v. 360, sive ipsius, sive librarii errore occupavit, ubi Πρόδικος Χίος habetur. Magno ipsum in honore constat fuisse, ut cum Protagora, qui eum unus nobilitate famae superabat, conjunctim haud raro memoretur: veluti Rep. X. p. 600. C. D: Πρωταγόρας μὲν ἄρα ὁ Ἀβδηρίτης, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ ἄλλοι πάμπολλοὶ δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παριστάναι, ἰδίᾳ ξυγγυγνόμενοι, ὡς αὐτὲ οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὐτῶν διοικεῖν οἴοιτ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς ἐπιτατήσουσιν αὐτῶν τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὔτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μονουοῦκ' ἐπὶ ταῖς κεφάλαις περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι. Hujus prudentia et auctoritate Cei, ut ad publica commoda uterentur, saepius eum Athenas legaverunt, ubi ἐν τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε, καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεισ ποιούμενος καὶ τοῖς νέοις συνῶν χρήματα ἔλαβε θαυμασὰ ὄσα. Hipp. Maj. p. 282. C. Ex recitationibus illis maxime celebrabatur laudatio Herculis, cujus Socrates insignem retulit partem apud Xenoph. Memor. II. 1. §. 21, sqq. Est etiam apud Platonem de ea locus, Sympos. p. 177: εἰ δὲ βούλει αὐ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστὰς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην ξυγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος. ubi vocem βέλτιστος, ut etiam χρηστοὺς (cf. Ruhnk. ad Timaeum p. 131, sqq.) notam magis ineptiarum puto, quam laudem indolis continere. Attamen sibi elegerat aptius argumentum, quam pro more Sophistarum minimis, imo turpissimis rebus amplificandis affectantium acumen: Sympos. ibid.

ibid. et Wolfius ad eum l. p. 17. Persuasum mihi est laudationem illam plane egregiam, cum verbis et orationis luminibus, tum virtutis commendatione fuisse: verum constat aliud dici saepe, aliud agi; nec, qui virtutem laudavit, virtutem continuo coluisse: porro Sophistas de variis rebus in utramque partem disputasse, ut si honestatem ejus, quoniam ornatur ab eo honestas, probare velimus, tali *ἐπιδείξει* nimium profecto tribuamus. Plato certe de ipsius moribus non honorifice sensit, et quod disertis alii verbis tradiderunt, mollem eum et voluptarium fuisse, idem, neque admodum obscure, indicavit Protag. p. 315. C: *Πρόδικος ἔτι κατέκειτο ἐγχεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στραύμασι καὶ μάλα πολλοῖς*: cf. Ast. l. l. p. 71. Porro non sine causa Heindorf. ad Protag. p. 484. suspicatur appellatione Tantali hominis tangi avaritiam. Nam avarus profecto fuit, cujus interiores doctrinae recessus nonnisi grandi soluta pecunia patebant; quamvis, ne scilicet ullam quaestus faciendi rationem omitteret, mediocrem mediocris institutionis mercedem statuebat. Hinc Socrates Cratyl. p. 384. B, *εἰ μὲν οὖν*, inquit, *ἐγὼ ἤδη ἀκηκίειν παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεκαυθεῖσθαι, ὡς Φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκόλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ἰνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὐκ οὖν οἶδα, πῆ ποτε τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων.* Prodicti discipulum Socrates etiam alibi se profitetur, Protagor. p. 341. A. Charmid. p. 163. D, Grammaticam docentis artem. Nam

nullius magis doctrinae, quam hujus, studio laudem
 quaesivit; et credibile est eum, Platonis etiam ju-
 dicio, operam in ea utiliter posuisse. Statuebat
 accuratam vocabulorum significationem *ῥηθότητα ὀνο-
 μάτων*, quae communi usu saepe negligebatur, om-
 ni operam revocandam esse. Verum, opinionis amo-
 re proventus, in molestam et sane ridiculam inci-
 dit subtilitatem vocum distinctiones proferentem
 nimio acuminē prorsus ineptas. Incidit item in
 Platonis reprehensionem cum aliis in locis (veluti
 Protag. p. 341. D. ubi cf. Heindorf. p. 576,
 Menon. p. 75. E) venuste significatam, tum ve-
 nustissime Protag, p. 337, quo ex loco ipsum ap-
 paret quotidiani etiam sermonis facilitatem dis-
 tinctionum serie fere perpetua impedivisse. In
 Euthydemo p. 277. E, sibi convenienter dicitur
 statuisse, *ὅτι πρῶτον περὶ ὀνομάτων ῥηθότητος μαθεῖν
 δεῖ*. Quae ibi deinde leguntur, Astius l. l. p.
 417, aliena scripsit esse ab hujus more Sophistae;
 duplici usus argumento, ad quorum unum obser-
 vo Prodicum quidem non fuisse, singulis rebus
 singula item vocabula quaerentis, duplices uni voci
 tribuere significationes; at eo loco dicit Prodicus
 istas *tributas*, non *tribuendas* fuisse. Alterum
 vero, ex quo Astii opinio ducitur, hoc est,
 Prodicum vocabulorum distinctiones, nil amplius,
 docuisse. At sic profecto verendum existimo, ne
 disciplina ejus nimis exiguo concludatur ambitu.
 Saltem, etsi in Lachete p. 197. D, dicitur *τῶν
 σοφιστῶν κάλλιστα τὰ ὀνόματα διαίρειν*, non sequi-
 tur inde ad hanc *διαίρεσιν*, universam, quam tradi-
 dit

dit *ἰσομήτην ὀρθότητα* restringi oportere. Quin etiam ex Cratylo eam patere latius apparet; quem Diálogum, non in alios tantum, at vel maxime in Prodicum rationem compositum esse, loca ab ipso Astio allata p. 271, in primis Cratyl. p. 384, B, abunde ostendere videntur. Prodicus τοὺς λογοποιούς satis commode definiuit Euthyd. p. 305, C, *μαθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ*. Tum Phaedr. p. 267, B, praedicavisse narratur *μόνος αὐτὸς εὐρηκέναι ἃν δεῖ λέγων τέχνη· δεῖν δὲ οὔτε μακροῦν, οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων*.

Hac in re Socrates l. 1, putat *σὺ μνησθῆναι αὐτῶν τὸν Ἡλείου ξένου γένεσθαι*, ipsi cum HIPPIA Eleo convenire, qui tertius in Sophistarum republica princeps, primus forte omnium fuit superbia et vanitate. Tulit eum

ad scenam ventoso gloria curru,

et, cum esset insignem doctrinae copiam consecutus, non tenuit modum, sed eo progressus est, ut non tantum in praeclaris, sed etiam in sordidis artibus peritiam ambitiose ostentare vellet: ut est in loco Hipp. Min. p. 568, Latine reddito a Cicero de Orat. III. 12. Praedicabat tantos se scientiae thesauros insigni memoriae augendae, quod etiam alios doceret, artificio retinere, Hipp. Min. l. 1, Hipp. Maj. p. 285. Cum legationes civium varias suscepisset, comparavit sibi publicis negotiis privatisque *ἐπιδεξασθαι* grandem pecuniam cum admiratione summa, Hipp. Maj. p. 283. Ex uni,

verso cognitionis ambitu Astronomiam videtur peculiari opera colendam exemisse: Hipp. Min. p. 367. E, Hipp. Maj. p. 285. B. Itaque in illo Sophistarum apud Calliam conventu Socrates eis-
*ενόησε Ἴππῖαν τὸν Ἡλείου, καθήμενον ἐν τῷ κατα-
 τικρῷ προστώφῳ ἐν θρόνῳ· περὶ αὐτὸν δ' ἐκάθητο ἐπὶ
 βάθρων Ἐρυξίμαχος καὶ Φαῖδρος καὶ τῶν
 ξένων πολῖται τε αὐτοῦ καὶ ἄλλοι τινές· ἐφαίνοντο
 δὲ περὶ φύσεώς τε καὶ τῶν μετεώρων ἀσ-
 τρονομικὰ ἄττα διερωτῶν τὸν Ἴππῖαν, ὃ δ'
 ἐν θρόνῳ καθήμενος ἐκάστοις αὐτῶν διέκρινε καὶ διεξήκει
 τὰ ἐρωτώμενα.* Protag. p. 315. C: quo loco facile intelligitur superbium Hippiae habitum perstringi. Etiam Hipp. Maj. p. 285. C, dicitur ἀκριβέστατα
*ἐπίστασθαι ἀνθρώπων διαιρεῖν περὶ τε γραμμάτων δυνά-
 μως, καὶ συλλαβῶν, καὶ ἁρμονιῶν, καὶ ῥυθμῶν.* His artibus investigandis ita tenebatur, ut adolescentibus, ad res civiles omni festinatione properantibus, minus, quam cupiebant, gratificaretur. Quod ei paulo acerbius objiciens Protagoras, *καρ' ἐμὲ ἀφικόμενος,* inquit, *οὐ πείσεται ἄπερ ἂν ἴπαθεν ἄλλῳ τῷ συγγενόμενος τῶν σοφιστῶν.* Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι *λωβῶνται τοὺς νέους· τὰς γὰρ τέχνας αὐτοὺς πεφεύγους ἀκοντας πάλιν αὐτῶν ἄγοντες ἐμβάλλουσιν εἰς τὰς τέχνας, λογισμοὺς τε καὶ ἀστρονομίαν καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν διδάσκοντες· καὶ ἕμα εἰς τὸν Ἴππῖαν ἀπέβλεψε:* Protag. p. 318. D. E. Cum natura indaganda occuparetur, τὴν φύσιν legibus opponebat et anteponebat: optime profecto, si veras Naturae causas perspectas tenuisset; nunc vero verisimile est perniciosas ipsum et implias ex
 ejus

ejus studio opiniones retulisse, veluti τὴν φύσιν omnia γενεῶν ἀπὸ τινος αἰτίας αὐτομάτης καὶ ἐνευ διαβολῆς Φύσεως. Sophist. p. 265. C: Deos esse τέχνη, οὐ φύσει, ἀλλὰ τισι νόμοις, Leg. X. p. 889. C: justitiam non nisi in imbecillitatis praesidium esse excogitatam, Gorg. p. 483 sqq. Nam haec, licet Hippiae non nominatim adscripta sint et multis ea aetate placuisse videantur; tamen maxime consentanea et paene consequentia opinioni ejus fuerunt, qui quavis occasione de duro legis imperio querebatur, nec νόμον cum Pindaro regem, sed humani generis vocabat tyrannum. Quærelas istas in Protagora non omisit, ubi quae dicuntur ab ipso p. 337. — 338. B, et vanitatem animi declarant et ostentationem eloquentiae. Etiam apud Xenoph. Memor. IV. 4. §. 14, legum prodidit contemptum; qua in disputatione Heindorf. ad Protagor. p. 560, miratur arrogantissimi Hippiae docilitatem monetque non confirmari sermone illo fidem Xenophontis. At recordari oportet, Xenophontem hoc in primis egisse, ut Socratis opiniones et praecepta in posterorum utilitatem scriptis religiose consignarentur, caeteros autem homines ut accurate depingeret, parum, certe in Memorabilibus, sollicitum fuisse. Nec, si ipse solum eorum, quae dicta erant, summam, Plato insuper eorum, qui dicunt, notitiam memoriae mandat, idcirco minor tribuenda erit fides illi; sed cavendum ne Xenophontem in iis ad historicas rationes exigamus, de quibus historice narrandis non cogi-

tavit. Magis cum Astio l. l., p. 460 sq. introf in scripto, quod Platonis nomine fertur; Hippia Majore, Sophistam ingeniosum et apprime doctum tanquam hebetem informari et stupidum; qui, si vere descriptus esset, arbitror ipsum nec honorem a cæteris, nec a Platone reprehensionem consecuturum fuisse. Videtur, cum Athenas venisset, ΕΥΔΙΧΙ hospitio usus, Hipp. Maj. p. 286. B, qui in Hippia Minore inducitur prope mutus; patrem habuit ΑΡΕΜΑΝΤΟΜ, et ipse nulla forte re Hippiae fuerit acceptus, quam quod Sophistam laute excipiebat.

Quoniam ΕΥΕΝΟΣ Parius dicitur Apol. S. p. 20. B, ἀρετήν τὴν πολιτικὴν τε καὶ ἀνθρωπίνην docuisse, hic detur locus etiam ipsi, non centum, ut multi, sed quinque minas institutionis mercedem stantenti. Quamobrem cum Socrate ipsum beatum praedicamus *ἐμακαρίσαμεν αὐτὸν, εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει ταύτην τὴν τέχνην καὶ οὕτως ἡμελῶς διδάσκει*. Quamquam suspicor non contemptum divitiarum, at parvam, si quidem eum principum illorum conferatur, doctrinam parvi pretii causam fuisse. Certe bona externa non nimis neglexisse videtur, ut forte indicatur eo, quod, cum Socrates jamjam moriturus ΕΥΕΝΟΣ nunciari jussisset, ut sua vestigia persequeretur, Simmias non philosophiae studium, quae optima est commentatio mortis, sed voluntarium ex terris discessum intellexisse visus, *Ὅσον παρακελεύει, ἐκκλῆται, τοῦτο, ὃ Σώκρατες, Εὐηνῶ! πολλὰ γὰρ ἦδη ἐντυτύχῃα τῷ ἀνδρὶ σκεδῶν οὖν, εἴ ἂν ἐγὰ ἔσθηναι,*
οὐδ'

οὐδ' ὀπωσιουῖν ἂν σοὶ ἐκὼν εἶναι πείσεται. Phaedon. 61. C. Poëtam eum fuisse intelligitur ex p. 60. E. Postquam enim Cebes narraverat eum quaesivisse, cur Socrates, cum antea nunquam, in carcere versus fecisset, *λίγε τοίγουν*, Socrates inquit, *αὐτῷ, ὃ Κέβης, τάληθῆ, ὅτι οὐκ ἐκεῖνω βουλόμενος οὐδὲ τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ ἀντίτεχνος εἶναι, ἐποίησα ταῦτα*. ἤδειν γὰρ ὡς οὐ βέλτιον εἶη. Quo loco, quamquam ἀντίτεχνος aemuli significatione saepius usurpatur, potest ironiae aliquid subesse in eum, qui ingenii inopiam ope artis, *τέχνης*, compensare velit. Nam ex iis, quae Phaedr. p. 267. A. reperiantur, *τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὐηνὸν εἰς μέσον οὐκ ἔγομαν, δὲ ὑποδήλωσίν τε πρῶτος εὔρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δ' αὐτὸν καὶ παραψόδους Φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν, μνήμης χάριν*. ex his igitur citius oratorem ipsum dicas peritum, quam egregium poëtam fuisse. Quod autem additur, *σιφῶς γὰρ ὁ ἀνήρ*, videndum ne sapientis titulus eodem consilio detur ipsi, quo similes laudes superioribus Sophistis: neque, ut ironiae veluti tela majori vi in ipsos mitterentur.

SECTIO ALTERA.

*De Sophistis qui in primis eloquentiae studia
prae se ferebant.*

Sequitur ordo Sophistarum alter, qui dicuntur
πειθοῦς διδάσκαλοι, σοφίαν δημηγορικὴν τε καὶ δικα-
μικὴν δίδόντες. Rep. II. p. 365. D. Hi gloriaban-
tur, quo priores illi ambitu longo, variis doc-
trinis et artibus, eodem se compendiaria via, elo-
quentiae institutione, pervenire; omnia enim im-
pedimenta, quae a principatu in republica prohi-
berent, dicendi vim percurrere posse, μέγιστον
ἀγαθὸν καὶ αἴτιον ἅμα μὲν ἐλευθερίας αὐτοῖς τοῖς ἀν-
θρώποις, ἅμα δὲ τοῦ ἄλλων ἄρχειν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει
ἐκάστω. Gorg. p. 452. D. Sed satis habebant, si
discipulis distributionem artis et dicendi artificia in-
culcavissent: parum meminerant recte scribendi
principium et fontem esse sapientiam, oratoris ac-
tionem arbitrabantur opinionibus, non scientia con-
tineri. Horum igitur institutionem Plato non qui-
dem nihil statuebat adjuvare, verum ea non nisi
τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα putanda;
majus ρητορικὴν quiddam esse, quam isti suspicari
viderentur magistri, et Dialecticae niti fundamen-
to,

το, quam descripsit ipse Sophist. p. 253. D, Phaedr. p. 265. D. — 266. B: hujus destitutos armis parum habere in arte praesidii. Ad efficiendum oratorem requirebat tria, φύσιν, ἐπιατήμην, μελέτην: Phaedr. p. 269. D. Sed, prouti plerisque dicendi artifices a vera eloquentia immensum quid distare existimabat, neque ad summam facultatem oratoris ista ratione pervenire posse, ita magis etiam vituperabat eos propter ipsius, qualemcunque tenebant, facultatis usum. Magnopere affirmabat adesse in oratore philosophiam oportere, quae regere eloquentiam ejusque posset dignitatem retinere, nec pateretur ipsam, aptam hominum saluti promovendae, adulatione ad perniciem converti. Nam nunc ἕκαστον τῶν μισθαρνούτων ἰδιωτῶν, οὓς . . . σοφιστὰς καλοῦσι, . . . μὴ ἄλλα παιδεύειν, ἢ . . . τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, ἃ δοξάζουσιν ὅταν ἀθροισθῶσι, καὶ σοφίαν ταύτην καλεῖν· οἷόν περ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου τὰς ὀργὰς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, ὅπη τε προσελθεῖν χρὴ, καὶ ὅπη ἄψασθαι αὐτοῦ, καὶ ὅποτε χαλεπώτατον ἢ πραῖτατον καὶ ἐκ τίνων γίγνεται· καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἐκάστας εἴθε φθέγγεσθαι, καὶ οἷαις αὐτῶν φλεγγομένου ἡμεροῦται τε καὶ ἀγριαίνει· καταμαθὼν δὲ ταῦτα πάντα, ξυνουσία τε καὶ χρόνου τριβῆ, σοφίαν τε καλέσειε, καὶ, ὡς τέχνην συστησάμενος, ἐπὶ διδασκαλίαν τρέποιτο· μηδὲν εἰδὼς τῆ ἀληθείᾳ τούτων τῶν δογμάτων τε καὶ ἐπιθυμιῶν, ὅ, τι καλὸν, ἢ αἰσχρὸν· ἢ ἀγαθὸν ἢ κακόν· Rep. VI. p. 493. A. B. Pro ἐφ' οἷς ἕκαστος, quae lectio est procul dubio corrupta, Stephanus reponi jussit, ἃς ἕκαστος ἐφ' ἐκάστοις, Astius autem ἃς ἐφ' οἷς ἐκάστοις. At fateor

hi verius videri; id quod certe minus erit audax, pro-
 ἵκαστος, ut feci, emendare ἐκάστας. Sed Plato hac ex
 turpitudine sequi putabat, ut ipsorum doctrina esset
 μῦθον καλακείας, Gorg. p. 463. B, porro non ars,
 sed similitudo quaedam artis, ἐμπειρία, cum haberes
 λόγον οὐδένα, ὃν προσφέρει, ὅποια ἄττα τὴν φύσιν
 δεῖν, ὅστε τὴν αἰτίαν ἐκάστου μὴ ἔχειν εἰπεῖν, ibid.
 p. 465. A, dicerentque oratores apud inscios ea,
 quae nescirent saepe etiam ipsi. Itaque rhetores
 parum aut nihil a Sophistis differre. Ὁ κομματοικὴ
 πρὸς γυμναστικὴν, τοῦτο σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικὴν,
 καὶ . . . ὁ ὄψοποιητικὴ πρὸς ἰατρικὴν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς
 δικαιοσύνην διέστηκεν οὕτω φύσει ἄτε δ' ἐγγυθε
 ἔσταν, φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταῦτα σοφισταὶ
 καὶ ῥήτορες. p. 465. C, ταυτὸν ἔστι σοφιστῆς καὶ ῥή-
 τωρ ἢ ἐγγυθε τι καὶ παρακλήσιον. p. 520. A.

Attamen ii, de quibus hac Sectione agen-
 dum est, propinquos scilicet illos cognationis
 amore non prosequerantur. Nolebant appellatione
 insigniri Sophistae, in virorum πολιτικῶν vi-
 superationem jam tum adducta; rhetoris titulo ma-
 iebant. In his dux eorum et princeps GORGIAS
 Leontinus, a quo si cum Socrate quaeramus, ὦ
 Γοργία, αὐτὸς ἑαυτὸν εἶπε, τίνα σε χρὴ καλεῖν, ὡς τί-
 νος ἐπιστήμονα τέχνης; respondeat τῆς ῥητορικῆς. πο-
 το, ῥήτορα ἄρα χρὴ σε καλεῖν; Ἄγαθόν γε, dicat, εἰ
 δὴ, ὃ γε εὐχομαι εἶναι, ὡς Ἰφὴ Ὀμήρου, βούλει με
 ἀπαιεῖν. Gorg. p. 449. A. Et profecto, nisi Gor-
 gias negavisset se in Sophistarum numerum refe-
 rendum; Callicles, qui admirabatur ipsum, in istos
 ἰννεκτις non esset: Gorg. p. 497. A. οὐκ οἶδ' ἄττα

εοφίξῃ, et p. 519. E, 520. A, οὐκ οὖν ἀκούεις τοιαῦ-
 τα λεγόντων τῶν φασκόντων παιδεύειν ἀνθρώπους εἰς
 ἀρετὴν; ΚΑΛ. Ἐγωγε· ἀλλὰ τι ἂν λέγοις ἀνθρώπων
 περὶ οὐδενὸς ἀξίον. Omnino Gorgias irridebat,
 qui virtutem se tradere posse profiterentur: Γορ-
 γίου οὐκ ἂν ποτε . . . τοῦτο ἀκούσαις ὑπισχνουμένου,
 ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελαῖ, ὅταν ἀκούσῃ ὑπίσ-
 χνουμένων· ἀλλὰ λέγειν οἶεται δεῖν ποιεῖν δεινούς· Me-
 no. p. 95. C. Contra multus erat in extollenda
 dicendi arte, statuens ὅς ἢ τοῦ πείθειν πολὺ διαφέρει
 πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' αὐτῆ δουλα δι' ἐκόν-
 των, ἀλλ' οὐ διὰ βίας ποιεῖτο καὶ μακρῷ πασῶν ἀρι-
 στή εἴη τῶν τεχνῶν· Phileb. p. 58. A. Gorg. p.
 451. D. Arbitrabatur πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα τι-
 μητέα μᾶλλον· eam porro peritiam adeptus, ut fa-
 ceret σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι
 διὰ ῥώμην λόγου, καινὰ τ' ἀρχαίως τὰ τ' ἐναντία και-
 νῶς inveniretque θυντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη
 περὶ πάντων· Phaedr. p. 267. B, ubi Heindorf. p.
 316, minus recte pro priori τε reposuit δὲ in verbis
 Τισίαν τε Γοργίαν τε ἐάσομεν εὔδειν, quippe imitan-
 tibus illis nimiam ἐν τοῖς ἰσθίς concinnitatem. Idem
 optime non passus est a Lysia expelli ΤΙΣΙΑΜ, quip-
 pe non hic tantum, verum aliis item locis Gōr-
 giae et opinionis socium, et laudis, et vero etiam
 legationis ad Athenienses susceptae: Phaedr. p.
 273. A, ibique Heindorf. p. 335, Pausan. IV,
 495. Gorgias, ut Leontinus, quaedam orationi
 verba ab Atticorum consuetudine aliena admiscuit,
 quod in vocibus χειρογράφημα et κύρωσις Plato indica-
 vit, Gorg. p. 450. B, ibique Schol. ut etiam ad

eand. pag. D. Caeterum in concinnitatis consecratione ipsum fuisse principem accepimus: Cic. Orat. 49. Hinc Socrates, Sympos. p. 198. C, Agathonis comita oratione audita, *με, inquit, Γοργίου δ λόγος ανεμίμνησεν ὥστε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὀμήρου ἐπεπύθειν ἔφοβούμην μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινῶ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας, αὐτὸν με λίθον τῆ ἀφονίᾳ ποιήσεις* quin etiam verba ejusmodi disposita festivitate *Γοργεῖα βήματα* dicebantur: Xenoph. Sympos. II. 26. Attamen dicendi genus, quamvis nimio acumine laborans, gravitatis ubertatisque meruit laudem. Fretus copiosissima doctrina plurimoque usu fertur primus in conventu ausus poscere quaestionem, id est, jubere dicere, qua de re quis vellet audire (Cic. Orat. I. 22), *παρέχων αὐτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ, ὃ τι ἂν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὄντι οὐκ ἀποκρινόμενος*. Meno. p. 70. C. Gorg. 462. A. Cujus facultatis admiratione ejusdemque spe adipiscendae factum est, ut plurimos cum Athenis haberet discipulos, tum aliis item in urbibus. Larissis *ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἰληφεν Ἀλευαδῶν τοὺς πρώτους*, quorum fuit unus ARISTIPPUS, *ἔταιρος* Menonis, porro caeterorum principes Thessalorum, in his *ΜΕΝΟΝΕΜ* ipsum, Menon. 70, qui a Gorgia accepisse se narrat virtutem esse *ἄρχειν ὅδῳ τ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων*, ibid. p. 73. C, viri virtutem *ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς, καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τούτου καθεῖν*. p. 71. C. Apparet hunc Menonem diversum

sum non esse ab eo, quem Xenophon, Anab. II. 6. S. 10. sqq., omnibus vitiis depinxit cumulatim. Nam et in Xenophonte, §. 15, Menonis gratia cum Aristippo refertur, et apud Platonem ejus respicitur societas cum rege Persarum; acerbis profecto verbis et auro indicantibus eum corruptum, p. 78. D, D: χρυσίου δὴ καὶ ἀργύριον πορίζεσθαι ἀρετὴ ἐστίν, ὡς Φησι Μένων, ὁ τοῦ μεγάλου βασιλέως πατρικὸς ξένος. Praeterea disputat ὑβριστικῶς p. 76, AB, et inducitur ita, ut sermo ille nec Gorgiae magistro honorificus sit, nec discipulo Menoni. Quamobrem Sturzium nollem, Lexic. Xenoph. II. 118, haec posuisse; mores Menonis a Xenophonte non cum laude enarrari, Platonem *contra* ei inscripsisse Dialogum: idque eo magis observari oportet, ne recentioribus, si qui sint, Athenaeis hoc simultatis Platonem inter et Xenophontem indicium videatur. Sed ut redeam ad Gorgiam, ipsi *tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus non inaurata statua, sed aurea statueretur*: Cic. Orat. III. 32. Sunt etiam, qui tradant auream sibi ipsum Delphis statuam posuisse: quorsum spectare locum Phaedr. p. 235. D, ὑπισχνούμαι χρυτῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοῦς ἀναθήσειν, οὐ μόνου ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ σὴν, monuit De Geer Diatr. 1. p. 6. In Phaedr. p. 261. C, assimilatur Nestori,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ.
 Τῷ δ' ἤδη δυὸ μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
 Ἐφθιάθ', οἳ οἱ πρόσθεν ἄμα τρέφευ ἠδ' ἐγένοντο,

ut bene Schol. ad h. l. *Γοργίας παράλληλος Νέστορι, ὡς αἰδήμων καὶ πολυετής· διτῷ γὰρ καὶ ἑκατὸν ἔζησεν ἔτη*, melius etiam, si addidisset *ὡς ἡδυεπής καὶ λιγὺς ἀγορητής*. Lusus quidem est a Platone, Hic enim philosophiae succumbere volebat oratorem, non mediocre, sed hominum opinione prope perfectum: lusus tamen ita, ut Plato meminisset parcendum esse Gorgiae viro revera summo.

Itaque major impetus irrisionisque pars non ab ipso, verum a Callicle discipuloque Gorgiae **ΠΟΛΟ** excipitur. Etiam Polus oriundus erat ex Sicilia; qua in insula *cum, sublatiis tyrantibus, res privatae longo intervallo judiciis repeterentur*, exstiterunt inde a Corace et Tisia multi, qui colerent eloquentiam ejusque artem profiterentur; Cic. Brut. 12. Vocatur δ' *Ἀκραγαντινός*, Theag. p. 128. A, qui locus ejusmodi est, ut genuinusne sit Dialogus dubitanti, *νοθείας* suspicionem augere possit. Etenim Polus, licet ad plebem Sophistarum non referatur, hoc tamen censendus est ordine, ut vix a Platone cum Prodicō et Gorgia tertius memoraretur. Tum quod *ἐπαγγέλλονται οἱοὶ τε εἶναι παιδεύειν νέους ἀνθρώπους*, ea nec Gorgiae unquam professio, nec Poli fuit; si quidem vox *παιδεύειν* latius patet, quam ut simpliciter posita ad unam dicendi disciplinam restringi possit. Quamquam etiam Apol. S. p. 19. E, Gorgias dicitur *οἶος παιδεύειν ἀνθρώπους*. Videtur Polus Physicam philosophiae partem attigisse: Gorg. p. 465. B, *ἔθελαι σοὶ εἰπεῖν, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι, ἤδη γὰρ ἀνίσταται ἀκολουθήσας*. ibid. D, *τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἀνὰ πολὺ*
 ἦν,

ἦν, ὃ φίλε Πῶλε, σὺ γὰρ τούτων ἔμπειρος. Ad Rhetoricam vero totum se contulit ejusque peritiam scriptis etiam commendavit, ut in artificibus dicendi recenseatur, Phaedr. p. 267. C: Τὰ δὲ Πόλου πῶς Φράσσομεν αὐτῆς Μουσεῖα λόγων; δε διπλασιολογίαν καὶ γνησιολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Δικυμινίων ἃ ἐκείνῳ ἰδωρῆσατο πρὸς ποιήσιν εὐπειρίας; Hujus loci, ut videtur, corrupti Astius in notis ad Germanicam versionem Phaedri et Symposii p. 243. emendationem tentans, extrema verba hac ratione constituit: ὀνομάτων τε Δικυμινίων προσποιήσατο εὐπειρίας; quae conjectura ut probabilitate non caret, ita hoc certe ex loco laud. efficitur, librum a Polo scriptum fuisse, cui titulus, ut Hermiae facile credo, Μουσεῖα λόγων (cf. tamen Ast. l. l. p. 241, sq., sq.); porro eum in ipso, quae a LICYMNIO, ὀνομάτων κάλλι plurimum studente, (cf. Heindorf. ad Phaedr. p. 319), et vero a Gorgia acceperat, complexum esse. Verum orationis festivitates, quibus jam magistri abusi erant insolenter, multo insolentius adhibuit ipse; *paria paribus relata, et similiter conclusa, eodemque pacto cadentia; et immutatione literae quasi quaesitas venustates; ut elaborata concinnitas, et auoupium delectationis prorsus ridiculum appareret*; Cic. Orat. 25. Cujus ineptissimae τῶν ἴσων et ὁμοίων consecrationis exemplum, e scriptione Poli, ut videtur (cf. Gorg. p. 462. B, ibique Schol.), desumptum, servatur Gorg. p. 448. C: ἔμπειρία . . . ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην, ἀπειρία δὲ κατὰ τύχην. ἐκάστων δὲ τούτων μεταλαμβάνουσιν ἄλλοι ἄλλων ἄλλως, τῶν

των δὲ ἀρίστων οἱ ἄριστοι · ubi in mentem venit illud

Quam lepide lexeis compostae! ut tesserulae omnes
Endo pavimento, atque emblemate vermiculato.

Rationem istam Socrates ridet imitando, ὡς ἄρ' ἔπειτα Πῦλος, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ· p. 467. B. οὐκ οἶδ' ἄττα σοφίζῃ. ΣΩ. Οἶσθα, ἀλλὰ ἀκκίζῃ. p. 497. A. Similiter delicias, quibus Sophistae operose studuisse constat, traducit Phaedr. p. 241. D: οὐκέτ' ἂν πέρα ἀκούσαις . . . ἀλλὰ δὴ οἱ πέρασ ἐχέτω ὁ λόγος· p. 261. A: ἕως ἂν μὴ ἱκανῶς φιλοσοφήσῃ, οὐδὲ ἱκανὸς ποτὲ λέγειν ἔσται περὶ οὐδενός· p. 262. E: ἐπειδὴν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται. ΣΩ. Παύσαι. Attamen Plato, si aliud agens incidēbat in ejusmodi venustates ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου συμπεσοῦσας, non ἐξεπίτηδες ἀλλήλοις ὁμοιωμένας, minime repudiandas existimabat eas. Veluti legitur Phileb. p. 16. C: Δηλώσαι μὲν οὐ πάνυ χαλεπόν, χρῆσθαι δὲ παγχάλεπον· Rep. VI. p. 495. E: χαλκίως . . . νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελουμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελουμένου. VII. p. 540. C: θυσίας . . . δημοσίᾳ ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῆ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ μὴ, ὡς εὐδαίμοσι τε καὶ θεοῖς· X. p. 614. B: οὐ μέντοι Ἄλκίμου γε ἀπόλογον ἔρω, ἀλλ' ἀλκίμου μὲν ἀνδρὸς· p. 621. C, οὗτος . . . μῦθος ἐσώθη . . . καὶ ἡμᾶς ἂν σώσειεν· item locis a Heindorfio citatis in Additam. ad Charmid. p. 361. Tum etiam Rep. VI. p. 494. C. D, ἄρ' οὐκ οἶαι . . . ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν ἐξαιρεῖν αὐτὸν, σχηματισμοῦ καὶ φρονήματος κενού, ἄνευ

ἔνευ νοῦ, *ἐμπικλάμενον*; Quamquam suspicor ibi voces *ἔνευ νοῦ* Glossatori tribuendas esse *κενοῦ* explicanti. Qua enim re superbia, si non sensu caret communi? Quid igitur opus fuit addere, quod per se erat manifestum? cum praesertim sonus repetitae Syllabae *νοῦ* ingratus accidat, sequaturque, quo vox *κενοῦ*, si explicatione indiget, explicatur, τῷ δὴ οὕτω διατιθεμένῳ ἔάν τις ἡρέμα προσελθὼν τάληθῃ λέγῃ, ὅτι νοῦς οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, δείται δέ. Sed Polus quidem nullam parsimoniam, ornamentorum delectum adhibuit nullum, ἀκριτόμυθος, λιγύς περ ἔδῶν ἀγορητής, porro vanitate et impudentia Thersitae Homericō similis, νέος καὶ δεύς, Gorg. p. 463. D. ἀμετροπέης,

Ὅς δ' ἔπεα φρεσὶν ἦσιν ἄκοσμά τε πολλὰ τε ἦδη,
Μάψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐριζέμεναι

non quidem βασιλεῦσιν, ut ille, at ἀνδρὶ certe βασιλικῷ, Socrati: verum ipsum prope κλαίοντα dimisit ἄναξ, χολωσάμενος εἶον ἤκουσεν. Nam a perniciosis aequalium opinionibus minime abhorrens prae se ferebat, malle se ἀδικεῖν quam ἀδικεῖσθαι, p. 469. B, et tyranni vitam, quamvis crudelis et iniusti, modo potentis, beatissimam iudicare: p. 471. Quae turpiter dicta acumine Socratis in Gorgia refutantur, ita quidem, ut Polum vexet tamquam adolescentulum usu et aetate infirmum, neminis, nisi sua, opinione robustum; quocum serio pugnare dedignans omnem ejus impetum festive eludat armisque propriis nolit uti, adversarii tela in ipsum

sum retorquens. Veluti cum Polus, sermonis longi amator, deprecationem μακρολογίας aegre tulisset quaesivissetque „Igitur ne mihi, quanta velim, dicere non licebit? Durum ó Pole!“ Socrates inquit, „si tibi non licuerit hoc, surum item si te audire cogamur inviti“: p. 461. D. E: cf. ibid. C, tum p. 448. D, καλῶς φαίνεται Πῶλος παρεσκευάσθαι εἰς λόγους, ἀλλὰ γὰρ, ὃ ὑπέσχετο . . . εὐ ποιῆι· nam τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμελέτηκεν, ἢ διαλέγεσθαι. p. 471. E, ῥητορικῶς μὲ ἐπιχειρεῖς ἐλέγχειν . . . μάρτυρας πολλοὺς παρεχόμενος . . . οὗτος δὲ ὁ ἐλεγχος οὐδεὺς ἀξίος ἐστι πρὸς ἀλήθειαν, p. 473. D, μορμολύττη αὖ, ὧ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις, ἔρτι δὲ ἐμαρτύρου· ibid. E, τί τοῦτο, ὧ Πῶλε, γελαῖ; ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγχου ἐστίν, ἐπειδὴν τίς τι εἶπῃ, καταγελαῖν, ἐλέγχειν δὲ μή; Verum in omni sermone diffusa est ironiae venustas acerbitate commixta, ut arrogantis juvenis et vani, et in quaevis veluti involantis paene misereatur; quem, uno licet icru facile opprimendum, Plato noluit opprimi, quo diutius castigari posset. Est locus in Gorgia p. 473. B, qui, levi emendatione mutatus, arrogantiae Poli aptior, quam ut nunc legitur, erit. Verba sunt: ΣΩ. Τοὺς ἀδικούντας ἀλλοίους ἔφην εἶναι ἐγὼ καὶ ἐξελέγχθην ὑπὸ σοῦ; ΠΩΛ. Ναὶ μὰ Δία. ΣΩ. Ὡς σὺ γε οἶσι, ὧ Πῶλε. ΠΩΛ. Ἀληθῆ γε οἰόμενος ἴσως. ΣΩ. Σὺ δὲ γε εὐδαιμόνας αὖ τοὺς ἀδικούντας· ubi Heindorf. p. 89, *illud ἴσως*, inquit, *facile nasci potuit ex sequenti Socratis nomine, sed ferri tamen potest.* Meo quidem iudicio ferri plane nequit: Polus enim nec serio de opinio-

nis suae veritate dubitabat; nec, si ironice locutus induceretur, sic scriptum esset, verum *ψευδῆ γε ἴσως οἰόμενος*, ut Rep. I. p. 339. B, non legimus *μεγάλη γε προσθήκη ἴσως*, sed *σικερά γε ἴσως προσθήκη*. Itaque locum hac ratione censeo constituendum. ΠΩΛ. Ἄληθῆ γε οἰόμενος. ΣΩ. ἴσως σὺ δὲ γε εὐδ. αὐ. τ. ἀδικ.

Proximus prodeat, qui cum Gorgia jungitur Phaedr. p. 261. C, et Cic. Orat. 12 et 13, jungendus etiam illi p. 269. D, ubi cf. Heindorf. p. 326, THRASYMACHUS Chalcedonius. Grande huius in eloquentia genus a tenui dictione eorum, qui *ἐπιδεικτικῶ* generi studebant, longe videtur affuisse. Oratio enim Thrasymachi cursu magno sonituque ferebatur; eique minus ut delectaret, erat propositum, quam ut per mentes efficacitate dicendi peragrans, in animos eorum, qui audirent, dominaretur; *τῶν γε μὴν οἰκτρογόνων ἐπὶ γῆρας καὶ πένιαν ἐλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνη μοι φαίνεται τὸ τοῦ Καλκηδονίου σθένος, ὀργίσει τε αὐ πολλοὺς ἄμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὀργισμένοις ἐπῶδων κηλεῖν, ὡς ἔφη * διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διβολᾶς ὄθεν δὴ κράτιστος. Phaedr. p. 267. E, cf. Ast. in Versione I. p. 244. Cum tantum posset dicendo, ejus disciplina magnopere expetebatur: eaque videntur etiam usi, qui una cum ipso, Rep. I. p. 332. B. memorantur, ΚΛΙΤΟΡΦΟΝ filius ARISTONYMI et CHARMANTIDES, ὁ Παιανιδῆς; quorum alterius non nisi contumelia, Rep. I. p. 340. A, alterius ne unum quidem verbum refertur. Verum Thrasymachus dicendi praeceptor, idem non*

erat virtutis magister. Quid deceret, minime; unice, quid prodesset, exquirebat: praedicabat τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον justum, Rep. I. p. 338, injustitiam justitiā λυσιτελεστέραν esse: ibid. p. 343. Mentio fit ipsius a Cic. de Orat. III. 32, inter eos, quos plurimum de Natura rerum et disseruisse et scripsisse narrat; ut credibile sit, quod supra, p. 92 et 93, vidimus Hippiam, Thrasy-machum etiam fecisse: quo citius probaret sententiam repugnantem τοῖς νόμοις, ad τὴν Φύσιν, cujus praecepta licet variis modis interpretari, provocavisse. Plato igitur, decus et justitiam immortal opere laudaturus, hunc sibi sumpsit dedecoris et injustitiae patronum, quem subtili, gravi, festiva oratione refutaret. Ipsum enim si refelleret, adolescentium gratia et admiratione florentem, videbat operae pretium se facturum esse. Itaque Thrasy-machus in primo de Republica libro, quasi in theatro, plane κωμωδεῖται, id est, hominis indoles habitusque comica prope ratione depingitur. Veluti jam ex ratione sermoni sese immiscendi totus paene cognoscitur. Καὶ ὁ Θρασύμαχος, πολλάκις μὲν καὶ διαλεγομένων ἡμῶν μετὰξὺ ὄρμα ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, ἔπειτα ὑπὸ τῶν παρακαθημένων διακωλύετο, βυυλομένων διακοῦσαι τὸν λόγον· ὡς δὲ διαπαυσάμεθα, καὶ ἐγὼ ταῦτ' εἶπον, 'οὐκέτι ἡσυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ συστρέψας ἑαυτὸν, ὥσπερ θηρίον, ἦκεν ἐφ' ἡμᾶς ὡς διαρπασόμενος· καὶ ἐγὼ τε καὶ ὁ Πολύμαρχος δέισαντες διεπτοήθημεν· ὁ δ' εἰς τὸ μέσον Φθειγξάμενος, τίς, ἔφη, ὑμᾶς πάλαι Φλυαρία ἔχει, ὦ Σώκρατες; καὶ τί εὐθίζεσθε πρὸς ἀλλήλους; p. 336.

Quae

Quae violentia, cum paucis quibusdam interrogatiunculis confutaretur, ad perpetuum confugit sermonem; deinde plurima eip̄an̄ en̄ n̄p̄ eĩchen̄ ap̄ienai, ὡς περ βαλανεύς . . . καταντήσας κατὰ τῶν ὄτων ἀθρόον καὶ πολλὸν τὸν λόγον· οὐ μὴν εἰσάν γε αὐτὸν οἱ παρόντες, ἀλλ' ἠνάγκασαν ὑπομείναι τε καὶ παρασχεῖν τῶν εἰρημένων λόγον. καὶ δὴ ἔγωγε καὶ αὐτὸς πάνυ ἐδεόμην τε, καὶ εἶπον, ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε, οἶον ἐμβάλων λόγον, ἐν ν̄p̄ ἔχεις ἀπιέναι· πρὶν διδάξαι ἰκανῶς ἢ μαθεῖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει. ἢ σμικρὸν οἶε ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα διορίζεσθαι; ἀλλ' οὐ βίου διαγωγὴν, ἢ ἂν διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν, λυσιτελεστάτην ζωὴν ζῆν; Ἐγὼ γάρ, οἶμαι, ἔφη δ' Θρασύμαχος, τοῦτ' ἄλλως ἔχειν; Ἐοικας, ἦν δ' ἐγὼ, ἢ τοι ἡμῶν οὐδὲν κ' ἤδεσθαι. p. 344. DE. In Editionibus interrogandi signum post ἔχειν abest, tum ἦτοι conjuncte legitur. Sed Thrasymachus, licet aliter quam Socrates felicitatem definirer; non tamen negabat se cum ipso de hac felicitate, de totius vitae summa, de gravissima omnino re disputare. Accedit, quod Ficini versio interrogationem adesse confirmat, „An ego, inquit, putem istud se aliter habere?“ Porro ἦτοι neutiquam ferendum est; quod, nisi disjuncte ponatur, non intelligo, quomodo cum Thrasymachi verbis verba Socratis εοικας κήδεσθαι apte conjungi possint. Nunc contra omnia bene decurrunt. *Egone, Thrasymachus inquit, aliter existimem? Videris certe, inquam, aliter existimare: aut, si non aliter existimas, et tamen manere recusas, curam nostrum habere nullam.* Thrasymachus igitur ex μακρολογίας portu, Sophistis fere

communi, retractus in altum, p̄benas cedit ar-
 rogantiae; ut a Socrate tandem dimissus por-
 ro silere constitueret, neque ullam, si petulan-
 ter dictum Rep. V. p. 450. B, excipias, in omni
 deinde disputatione, quamvis provocatus, VI. p.
 498. C. D, vocem emitteret. Angor significatur
 ejus I. p. 350. D. Ὁ δὲ Θρασύμαχος ἀμολόγησε
 μὲν πάντα ταῦτα οὐχ ἄς ἐγὼ νῦν βραδύως λέγω,
 ἀλλ' ἐλκόμενος, καὶ μόγις, μετὰ ἰδρωτὸς θαυμαστοῦ
 ἔργου, ἕτε καὶ θέρους ὄντος· τότε καὶ εἶδον ἐγὼ, πρό-
 τερον δὲ οὐπω, Θρασύμαχον ἐρυθριῶντα. Sed totus fe-
 re Dialogus exscribendus sit, si admirabiles in
 eo irridendo orationis Platonicae dotes explicare
 velim. Quod sequitur ex eo, sufficiat monuisse;
 Thrasymachum ea fuisse morum asperitate, quam
 ne Atticae quidem humanitatis aura emolliret, si
 quidem in convitia prorumpit, ἀνεκάνχασέ τε μά-
 λα σαρδόνιον, καὶ εἶπεν, Ὡ Ἡράκλειε, ἴφη, αὐτῆ
 ἐκείνη ἡ εἰαυτοῦ εἰρωνεία Σωκράτους, p. 337. A, βδελυ-
 ρός εἰ, p. 338. D, συκοφάντης εἰ ἐν τοῖς λόγοις, p.
 340. D, κακούργει καὶ συκοφάνται, εἰ τι δύνασαι, οὐδὲν
 σοῦ παρῆμαι· ἀλλ' οὐ μὴ οἶδες ἤε . . . ἐπιχειρήσας,
 οὐδὲν ὄν καὶ ταῦτα, p. 343. B. C, et in interrogatio-
 nes, de quibus verissime Socrates, Τί δὲ; οὐκ ἀποκρι-
 θεῖσθαι χρεὶ μάλλον, ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν; p. 343. A, por-
 ro pecuniae adeo non negligentem, ut avarus vi-
 deatur, πρὸς τῷ μαθεῖν, καὶ ἀπότισον ἀργύριον· p.
 337. D: denique, quamvis dicendi arte et usu haud
 mediocriter instructum, adeo non subtilissimum, ut
 in defensione turpitudinis multa ad causae proba-
 bilitatem omittat: II. p. 358. B. Ut demerit in di-
 cem

cendo ipse et THEODORUS BYZANTINUS comparatur Ulyssi: Phaedr. p. 261. C. Theodorus deinde p. 266. E, λογοδαίδαλος vocatur; nimirum, cum τὰ κομψὰ τῆς τέχνης Socrates attingere coepisset, καὶ πίστωσιν, ὁμαι, καὶ ἐπιπίστωσιν, inquit, λέγουσ τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα. ΦΑΙ. Τὸν χρηστὸν λέγουσ Θεόδωρον. ΣΩ. Τί μὴν; καὶ ἑλεγχὸν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητῶν ἐν κατηγορίῃ τε καὶ ἀπολογίῃ. Argutus fuit in artificii dicendī exponendis et Platonis iudicio ridiculus. Nam vidimus supra, p. 88; voces βέλτιστον et χρηστὸν non multum habere laudis.

Cum hic, in arte subtilior, in orationibus jejunior esset, LYSIAS dicitur, antea artem dicendī professus, orationes scribere aliis coepisse, artem removisse: Cic. Brut. 12. Priusquam de ipso, de patre ejus CEPHALO est agendum; cujus ex lineamenti Cicero in libello de Senectute formam effecit senis prope perfecti. Cum Socrate, Rep. I, p. 328 — 331, suavissime confabulatur, ut brevis ille sermo, quo nihil aut gravius potuit, aut dulcius scribi, omnia declaret in Cephalo praeclara fuisse; Deorum cultum, curam amicorum, morum comitatem, sapientiae studium. Apparet etiam hoc, ipsum rem familiarem neque augeri, avi Cephalo exemplo, magnopere curasse, neque dilabi, patris instar LYSANIAE, sivisse: Rep. I. p. 330. C. Suspicio tamen ibi non Λυσανίας ὁ πατὴρ legendum esse: nam Λυσανίας nomen non Siculum, sed Atticum est; veluti Aeschines Socraticus patrem habuit Lysaniam; et quidam putemus,

no.

nomen avi, ut Cephalus gessit, ita, more Graecis solenni, Lysiam quoque gessisse? Amabilis senex, cum vitae bene actae conscientia securus esset, non metuebat mortem; eandem vegetus et multorum observantia atque amore gaudens non cupiebat. p. 330. D. E. Quaeritur an sit idem, quem in Parmenidis initio, Clazomenis cum diu habitasset, Athenas legimus profectum. Id, quoniam Lysiae patrem Syracusanum fuisse constat et Athenas jam Olymp. 80. A. 2. commigrasse, dubitat Heindorf. ad Parmen. p. 187, Astius de Vita et Scr. p. 244, negat. Fateor me, quamvis in neutram abeuntem, in alteram propendere partem, cum in temporum quidem notatione Plato soleat non diligentissime versari, et vix credibile sit, si diversum a notissimo Cephalo intellexisset, praesertim cum in utrumque philosophandi studium conveniret, id illum non disertius significaturum fuisse. Quod si unus idemque in primo de Republica libro et in Parmenide Cephalus occurrat, subtilitatis cumulo ipsius laudes augentur; quando eum quidem par est acutissimum fuisse, ad quem disputatio Parmenidis abstrusa refertur. Duos praeter Lysiam habuit filios, EUTHYDEMUM et POLEMARCHUM, quorum alter non displicuisse Platoni, Rep. I. p. 238, alter etiam placuisse videtur. Nam Socrates cum ipso disputat amice ibid. p. 332. seqq. In Phaedro p. 257. B. τετραφθαι dicitur ἐπὶ φιλοσοφίαν fratrique proponitur Lysiae ad imitandum. Hunc enim philosophiae copiis instructum uberius dicendi genus consequi potuisse; nunc vero non modo ignorantio

tionē Dialecticae errores committere multos, verum tenui quadam exsanguique oratione contentum, inopia rerum delabi ad inanem interdum loquacitatem. Ab hujus igitur reprehensione Plato vituperationem vanae rhetorices in Phaedro exorsus est, et ipsius attulit *ἐπίδειξιν*, cujus erat argumentum, *ὅτι χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι*. Nam Lysias scripsit *πλείστους λόγους εἰς δικαστήριά τε καὶ βουλὰς καὶ πρὸς ἐκκλησίας εὐθέτους*, insuper autem *πανηγυρικοῦς, ἱρωτικοῦς, ἐπιστολικοῦς*, teste Dionysio Halicarnassensi in *Lysia*, Tom. II. p. 82. ed. Sylburg. Verisimillimum est ipsam a Platone volitantem per ora virūm expressam, aut potius in manibus Atheniensium versantem descriptam esse: cf. tamen Ast, in *Vers.* 1, p. 188. Multus videtur de ea sermo increbuisse, ut non temere *Sympos.* p. 182. A. spectari existimetur: *οὔτοι εἰσιν οἱ τὸ θνείδος πεποιημένοι, ὥστε καὶ τινὰ τολμᾶν λέγειν ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐραστοῖς*. Quare Wolf. in edit. *Sympos.* p. 29. videtur recte retinuisse *τινὰ*, quod alii in *τινὰς* immutârunt: vid. Ast. *vers.* 1. p. 290. Particulam *καὶ*, quō major ejus efficacitas esset, non ante *τὸ θνείδος*, verum ante *τινὰ* putavi locandam esse: illic enim posita possit forte defendi: hic vero vix possumus ipsa carere. Hanc igitur *ἐπίδειξιν*, *Phaedr.* p. 230. C. — 233. C, relatam, Plato acriter insectatus est. Primum quod ad materiem culpat Lysiam proferentem *οὐ τὰ δέοντα*, sed *δις καὶ τρις τὰ αὐτὰ, ὡς οὐ πάνυ εὐπόρουντα τοῦ πολλὰ λέγειν περὶ τοῦ αὐτοῦ*. P. 234. E. 235. A, multa item, quae commode dicere

potuisset, omittentem: quod ejusdem argumenti oratione opposita demonstrat. p. 237. B. — 241. D. Deinde censebat ipsam de Amore opinionem falsissimam esse. p. 242. sqq. Verum ne formam quidem et scribendi artificium, in quibus Lysias regnare putabatur, laudat. Multa hic dicit Lysiam peccasse, veluti definitionem omisisse, et caetera *χρόνην βεβληκέναι τὰ τοῦ λόγου* p. 264, concluditque ita, ut Lysiam pronunciet veros dicendi fontes non adisse. Haec causa censeatur oportet, cur disputationi de civitate constituenda affuisse narretur, Rep. I. p. 328. B, sed statua taciturnior affuisse; nimirum ut significaretur Lysiam de exigua re tenuiter potius disserere posse, quam de maximis rebus graviter disputare. In initio Phaedri refertur Lysiam, caeteroquin domi paternae, ut credibile est, in Piraeo, Rep. I. p. 321. C, habitantem, devertisse apud EPICRATEM, *ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ*. A. verisimilitudine non abhorret, hunc esse Epicratem, qui in Aristophanis Ecclesiazusis memoratur, ubi, cum quaesivisset Praxagoras, *ἔχετε δὲ οὐν πόγωνα;* mulier, v. 71, respondet, *Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγω καλλιόνα*. Nam ibi Scholiastes, *οὗτος*, scribit, *εἰς δασύτητα κομῶδείται ἢ ὡδὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς οὗτος μέγαν πόγωνα ἔχων, ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος καὶ Πλάτων δὲ κομῶκος Φησι*.

Ἄναξ ὑπὸ τῆς Ἐπικράτης σακεσφόρε.

Aedes Morychiae domini intemperantia famosae

eae fuerunt (cf. Ruhnk. in Timaeo. p. 135) :
 quamobrem haud scio an in Lysiae mores lateat
 aculeus : certe ad talem loci notationem accom-
 modate Socrates quaerit : *τις οὖν δὴ ἦν ἡ διατρι-
 βή; ἢ δῆλον ὅτι τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἰστίλα;*
 Sed, uti haec suspicio nonnisi levissima est, ita
 multo asseverantius dico mihi non videri, etiamsi
 postea Aristarchus Platonem in consilium adhibere
 potuisset, periculum futurum fuisse Lysiae, ne hi
 decem oratorum numerum non referretur. Neque
 enim dubium est Platonem in scriptore venustissi-
 mo, de quo Dionysius Halicarn. loco laud. *τῶν μὲν
 ἐμπροσθεν γεγενημένων ἡτέρων, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν
 χρόνον ἀκμασάντων ἠφάνισε τὰς δόξας : τῶν δὲ ἐπιγε-
 νομένων οὐ πολλοὶς τισι. κατέλιπεν ὑπερβολὴν,* in hu-
 jus igitur scriptoris elegantia et concinnitate plu-
 rima admiratum esse. Sed, eum pictum illud et
 elaboratum dicendi genus, in quo *σαφῆ καὶ ἀκριβῆς
 ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνενται,* Phaedr. p. 234,
 E, non adeo probaretur ipsi, ut omnium imitatio-
 ne id celebrari vellet, dictionemque Lysiae *συχνὰ*
 censeret habere *παρδείγματα, πρὸς ἃ τίς βλέπων
 ἀνάγκη ἔν, μιμεῖσθαι αὐτὰ ἐπιχειρῶν μὴ πάνυ τι*
 p. 264. E, existimavit se de eloquentiae studiis
 optime meriturum, si grandius adolescentibus exem-
 plar, quam Lysiae tenuitatem, proposuisset. Causa
 igitur Taylora nulla fuit, cur a consentientibus
 antiquis ipse recentior dissentiret unus; pronuncia-
 retque Lysiam oratorem a Lysia Platónico diver-
 sum et quemvis aliter existimantem omnibus es-
 se sensibus orbum. Quare isto *μορφολογικῶν* Wyse-

tenbachius ad Plutarchum de Recta Aud. Rat. p. 40. E, se moveri negavit, neque a tuendo Veterum iudicio aut Heindorfium ad Phaedr. p. 187, hae minae, aut Astium in Vers. 1. p. 187, deteruerunt. Itaque etiam ego, horum virorum praesidio tutus, sequi non dubito partes easdem. Λογογράφος Lysias, uti erat, ita contumeliose a quodam τῶν πολιτικῶν vocatus refertur; Phaedr. p. 257. C. Non enim erant in honore οἱ ἐπὶ μισθῷ λόγους γράφοντες καὶ πειράσκοντες αὐτοὺς εἰς δικαστήρια, Schol. ad loc. laud., et a Platone in Euthydemo acrius petuntur, si quidem p. 289. E, 290. A, praeter alia minus honorifica, τέχνη ipsorum, licet θεσπεσία τις καὶ ὑψηλὴ δοκοῦσα, definitur τῆς τῶν ἐπιδῶν τέχνης μόνιον σμικρῶ τε Cl. Bakius τι legendum suadet ἐκείνης ὑποδεστέρα. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπιδῶν ἔχειν τε καὶ Φαλαγγίω καὶ σκοπίω καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησις ἐστίν· ἡ δὲ, δικαστῶν τε καὶ ἐκκλησιαστῶν καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων κήλησις τε καὶ παραμυθία τυγχάνει οὕσα. Ipsi autem p. 305. sq. dicuntur, interjecti inter philosophos et eos qui rempublicam administrant, utrisque superiores sibi videri, inferiores esse. Ibidem Lysias videtur intelligendus ὁ μισθόμενος τὴν φιλοσοφίαν, de quo cum Socrates percontatus esset, πότερον τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ῥήτωρ τις, ἢ τῶν τοῦσδε τοιοῦτους εἰσπεμπόντων, ποιητὴς λόγων, οἷς οἱ ῥήτορες ἀγωνίζονται; Crito Ἦμιστά, νῆ τὸν Δία, inquit, ῥήτωρ· οὐδὲ οἶμαι πώποτε· αὐτὸν ἐπὶ δικαστήριον ἀναβεβηκέναι, ἀλλ' ἐπατεῖν αὐτόν· φασὶ περὶ τοῦ πράγματος, νῆ τὸν Δία, καὶ δεινὸν εἶναι καὶ δεινοὺς λόγους συντιθέναι. Haec enim magis in ipsum, quam, ut Heindorf. ad

Euthyd. p. 415, putabat, in ISOCRATĒM conveniunt. Lysias a philosophia abhorrebat; Isocrates coluit ipsam: Lysias orationibus maxime scribendis, Isocrates inprimis discipulis inclaruit instituendis; Lysiam Plato non amavit; Isocratem dilexit: ut, etiamsi caetera in utroque paria fuissent, tamen non Isocratem potius quam Lysiam aut alium quemvis elegisset, in quo orationes scriptitandi consuetudinem notaret. Locus ex Isocratis Oratione ad Philipp. p. 84. E. Steph., quem Heindorfius attulit, mihi quidem non persuadet Platonem Isocrati primum quidem favisse, postea amicitiae inter ipsos nihil fuisse. Vituperat τὰς νόμους καὶ τὰς πολιτείας τὰς ὑπὸ σοφιστῶν γεγραμμένας, sed quis, quaeso, putet Isocratem Divina Platonis scripta ipsumque opus de Republica vituperasse, et non servum potius scriptorum examen notare, quos credibile est, cognitis Platonis libris, in apertum campum, ut fit, involasse et laudem imitatione quaesivisse. Quae verba si quis ita nolit explicare, dicatur Isocratem spem Socratis fefellisse, cujus de eo adolescente testimonium, Phaedr. p. 279. A, a Cicerone Orat. 13, sic vertitur: „*Adolescens etiam nunc, o Phaedre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille. Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae compareretur. Praeterea ad virtutem major indoles: ut minime mirum futurum sit, si, cum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet,*

tantum, quantum pueris, reliquis praestet omnibus, qui unquam orationes attigerunt; aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu majora consuspiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quaedam. Addit Cicero: Haec igitur de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato, et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum. Nec mirum: nam, quod caeteri fere neglexerant, idem fecit Isocrates, ut bene dicendi artem ex bene cogitandi arte deduceret. Et, cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur, et Gorgias, qui tamen primis traduntur arte quadam verba vinxisse; Theodorus autem praefractor, nec satis, ut ita dicam, rotundus: primus instituit dilatare verbis et maioribus numeris expleere sententias. In quo cum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus ejus officina habita eloquentiae est. Longe igitur omnes, quos retuli, dicendi magistros superavit iisque magis studiorum, quae profitebatur, similitudine conjunctus, quam aut indolis, aut artis vanitate fuit,



CAPUT TERTIUM.

DE VIRIS QUI IN ADMINISTRANDA REPUBLICA VERSATI SUNT.

Quoniam de iis proxime dictum est, qui ad civilem prudentiam erudiebant, lustrabo hoc Capite viros in negotiis maxime publicis occupatos. Ab his cum multa, corruptis praesertim Graecorum moribus, ambitiose, avare, abjecte et sine dignitate fierent; Plato, cui per magistratum in primis libidinem corrupta prorsus videbatur reipublicae Atheniensis totiusque Graeciae conditio (Vid. De Geet in Diatr. l. I. S. 2.), genus illud πολιτικῶν solet non honorifice memorare. Saepius eorum neglectum philosophiae accusavit, quam nisi colentibus iis, penes quos rerum summa est, praevidebat calamitatum in republica finem futuram non esse: Rep. V. p. 473. D. Indignabatur ipsos, partim audaces, partim versutos, privatas magis curare, quam publicas utilitates: *πάμφυλόν τε γένος αὐτῶν . . . πολλοὶ μὲν γὰρ λέουσι τῶν ἀνδρῶν εἶξαι καὶ κενταύροις, καὶ τοιοῦτοισιν ἑτέροις· πάμπολλοὶ δὲ σατύροις, καὶ τοῖς ἀσθενέσι καὶ πολυτρόποις θη-*
ρι-

ροις· ταχὺ δὲ μεταβάλλουσι τὰς τε ἰδέας καὶ τὴν
 δύναμιν εἰς ἀλλήλους· Politic. p. 291. A. Virum
 vulgari opinione πολιτικὸν, ibid. C, appellat τὸν πάν-
 των σοφιστῶν μέγιστον γόητα, fusius etiam et acrius
 p. 303. B. C: ΞΕΝ. Οὐκοῦν δὴ καὶ τοὺς κοινωνοὺς τούτων
 τῶν πολιτικῶν πασῶν, πλὴν τῆς ἐπιστήμονος, ἀφαι-
 ρετέον, ὡς οὐκ ὄντας πολιτικοὺς, ἀλλὰ στασιαστικοὺς·
 καὶ εἰδώλων μεγίστων προστάτας ὄντας, καὶ αὐτοὺς
 εἶναι τοιοῦτους· μεγίστους δὲ ὄντας μιμητὰς καὶ γόη-
 τας, μέγιστους γίνεσθαι τῶν σοφιστῶν σοφιστὰς. ΣΩ.
 Κινδυνεύει τοῦτο εἰς τοὺς πολιτικοὺς λεγομένους περι-
 στράφθαι τὸ ῥῆμα ὀρθότατα. Quae appellatio So-
 phistae eo plus habebat acerbitatis, quo magis istam
 horrebant: cf. Menon. p. 91, 92. Protag. p. 312. A, tum Phaedr. p. 257. D, οἱ
 μέγιστον δυνάμενοι τε καὶ αεμνήτατοι ἐν ταῖς πόλεσιν
 αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπουν συγ-
 γράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φοβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρέ-
 ον, μὴ σφισταὶ καλῶνται. Sed cum Graecia et
 Athenae maxime, multis de republica constituenda
 dissensionibus agitentur; observandum est, quo
 ordine et quo veluti gradu Plato varias civitatum
 formas collocarit. Nimirum regis regimen omnium
 optimum duxit, cujus praestantiae proxime acce-
 deret ea, quam Timocratiam vocavit, Cretensibus
 Lacedaemoniisque usitatam: hujus porro incommodis
 longe graviora esse Oligarchiae mala, tolerabili-
 oria tamen ipsa infinitis vitiis Democratiae, qua
 praeter unam Tyrannidem, nil tristius excogitari
 posse. Quae doctrina, variis in libris dissipata,
 contracta occurrit Rep. VIII et IX in., et, p. 576.

E, concluditur sic: δῆλον παντὶ ὅτι τυραννομένης μὲν πόλεως οὐκ ἔστιν ἀθλιωτέρα, βασιλευμένης δὲ οὐκ εὐδαιμονεστέρα. His in universum praemissis, magis nunc mihi erit res expedita ad singulos trans-eunti. Quamvis ea aetate, nondum erat inter belli ac pacis artes discidium, cum tamen aliorum magis domi nomen, aliorum maxime fuerit, inclutum in armis; duarum Sectionum prior continebit rerum civilium, alteram belli gerendi administratores,

SECTIONO PRIOR.

De rerum civilium administratoribus.

Plato censebat, qui rebus civilibus praecessent, oportere neque auram popularem, neque privata commoda curantes, civium utilitatem potius emendatione morum, quam exaggeratione divitiarum promovere. Cujus ad normae severitatem cum omnia dirigenda arbitraretur, consequens est ipsi non modo eorum, qui sese praebebant populi concitandi duces, libidinem vehementer displi-guisse; verum ne caeteros quidem, in quibus major quaedam observatio honesti cerneretur, magno-perē probatos ipsi fuisse.

Q

Ita-

Itaque ne PERICLES quidem Platonis aculeos effugit, quem virum, tot nominibus admirandum, miretur quis ab ipso tam acriter reprehendi. Nam, qui per quadraginta annos civitatem, Athenarum praesertim, ita rexit, ut esset *λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ, ὀπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή*, Thucyd. II. 65, hunc eximium fuisse quis dubitet? Attamen diffitendum non est, licet Pericles fuerit omni laudis genere cumulatus, prudentia, eloquentia, abstinencia plane singularis; quaedam ab ipso inducta esse, quibus effrenatior fieret insolentia plebis, in his perniciosissimam *μισθοφορίαν*, ad quam *πρώτος καταστήσας* Athenienses, otii dulcedine captos ipsos revera effecit *ἀργούς καὶ δειλοὺς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους*. Gorg. p. 515. E, ut referri possit in *malos ministros, quibus, cum inexplebiles populi fauces exaruisissent libertatis siti, usus ille, non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit*, Cic. Rep. I, 43, *κακούς οἰνοχόους, ὧν τυχοῦσα πόλις δημοκρατουμένη, ἐλευθερίας διψήσασα, . . . πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀπράται αὐτῆς μεθυσθῆ*. Rep. VIII. p. 562. C. Itaque, cum Periclem omnes celebrarent, Periclem omnes imitari vellent, Plato animos, hac etiam in re, a mediocri exempli labe ad exemplaris perfecti Divinitatem studuit avocare; et Periclem existimavit a gloriae fastigio inferiorem in stationem depellendum, ut ejus loco imaginem omnibus numeris absolutam proponeret ad imitandum. Incredibilis igitur popularium admiratio in causa fuit, cur, quae

mi-

minus laudabat in ipso, paulo acerbius exagita-
ret; eumque statueret bonum *διάκονον τῆς πόλεως*,
non vero *ἀγαθὸν τὰ καλιτικά* fuisse (Gorg. p. 516.
D), quippe qui cives *ἀγριωτέρας γε ἀπέφηνεν ἢ
αἴους παρέλαβε, καὶ ταῦτ' εἰς αὐτὸν ὄν ἦκας' ἀν-
ἰβούλετο*: ibid. C. Scilicet τὸ μὲν πρῶτον εὐδοκίμει
Περικλῆς καὶ οὐδεμίαν αἰσχρὰν δίκην καταψηφίσαντα
αὐτοῦ Ἀθηναῖοι . . . ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου Περικλέους,
κλοπὴν αὐτοῦ καταψηφίσαντο, ὀλίγου δὲ καὶ θανάτου
ἐτίμησαν· p. 515. E. Verum, etsi laudes ejus
finibus quibusdam circumscribendas iudicabat, non
tamen negavit *μεγαλοπρεπῶς σοφὸν ἄνδρα* (Menon.
p. 94. B) multa praeclara habuisse, in his facul-
tatem eloquentiae summam. Socrates narratur au-
divisse ipsum *συμβουλευόντα περὶ τοῦ διὰ μέσου τεί-
χους*· Gorg. p. 455. E. Alcibiades ejus dictio-
nem cum Nestoris Antenorisque confert: Sympos.
221. C. Ad eloquentiam a natura factus, ex Ana-
xagorae disciplina dicitur hausisse τὸ *ὑψηλόουον*
*τοῦτο καὶ τὸ πάντα τελεσιουργικόν . . . ὃ καὶ Περι-
κλῆς πρὸς τῷ εὐφυῆς εἶναι ἐκτίησάτο. Προσπειθὸν γὰρ
. . . τωούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρῃ, μετεωρολογίας ἐμπληθεῖς
καὶ ἐπὶ φύσει νοῦ κε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος . . . ἐντεῦθεν
εἰλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐ-
τῇ*· Phaedr. p. 270. A. Alcib. I. p. 118. C. Et
profecto ex hujus potius philosophi institutio-
νε *πάντων τελεώτατον εἰς τὴν ἡγορικὴν*, Phaedr.
p. 269. E, quam ex ASPASIAE consuetudine ex-
stitisse, Platonis etiam fuerit iudicium. Nam quod
dicitur Menex. p. 236, *οὐ πάνυ φαύλη περὶ ἡγο-*

ρηθῆς, ἀλλ' ἤπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς
 ἐποίησε βήτορας, ἓνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν Ἑλλή-
 νων, Περικλέα τὸν Πανθήπου, id, ut ait Plu-
 tarchus in Pericle c. 24. μετὰ παιδείας γέγραπ-
 ται. Historiae quidem hoc inest, ὅτι δόξαν εἶχε τὸ
 γύναιον ἐπὶ ρητορικῇ πολλοῖς Ἀθηναίων ὀμιλεῖν· ve-
 rum, cum Aspasiae domus non magis artium stu-
 dio nobilis esset, quam voluptatum consecratione
 famosa; Platonis verba eo spectare videntur, ut
 Periclis necessitudo cum muliere, cujus fama, ut
 lenius dicam, erat anceps, notaretur. Nam pro-
 cul dubio sensit idem, quod scriptum est a Plu-
 tarcho, ὅτι μᾶλλον ἐρωτικὴ τις ἢ τοῦ Περικλέους ἀγά-
 πησις πρὸς Ἀσπασίαν. Quamobrem nec τὸν ἐπι-
 τάφιον λόγον, ὃν Περικλῆς εἶπε, Menex. p. 236, nec
 funebrem orationem, quae in Menexeno refertur,
 judico Aspasiae tribuendam esse, et πολλὴν χά-
 ριν τοῦ λόγου potius ἐκείνῳ habens, quam ἐκείνῃ
 (cf. Menex in fine), non magis illa arbitror expli-
 ganda ad verbum, quam quae de ΔΙΟΤΙΜΑ vate in
 Symposio habentur. Ut enim Aspasiam διδάσκαλον
 suam appellat, Menex. p. 235; ita Symp. p. 201.
 D, τὸν λόγον, inquit, τὸν περὶ τοῦ Ἔρωτος, ὃν
 παρ' ἡκούσα γυναικὸς Μαντικῆς Διοτίμας, ἢ ταυτὰ
 τε σοφὴ ἦν καὶ ἄλλα πολλὰ, καὶ Ἀθηναίους ποτε
 θυσαμένους πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε
 τῆς νόσου, ἣ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν· ὃν οὖν
 ἐκείνη ἔλαγε λόγον, πειράσομαι ὑμῖν διελεῖν. Scrip-
 si pro μαντικῆς, ex conjectura Stephani, Μαντι-
 κῆς, plurium Interpretum argumenta auctoritatemque
 secutus, in his Ruhnkenii in margine Platonis sui,
 qui

qui in Academia servatur Lugduno-Batava, annotantis; „μαντιπῆς. Μαντινικῆς. H. St. quod „probat L. Holsten. ad Steph. Byz. v. Μαντι-
 „ναια. Eodem modo peccatum est apud Themist.
 „Or. XIII. p. 162. A. Errat Potter in Clem.
 „Alex. Strom. VI. p. 755. Sed haec occupavit
 „Davis. in Max. Tyr. Diss. XIV. p. 588. Leo-
 „pard. Emend. XII. 17.” Cf. etiam Ast. in
 vers. I. p. 331. et Wolfius, qui in ed. Symp. p.
 71, antiquam lectionem tenaciter retinuit. Itaque
 hoc etiam loco id, quod Phaedrus dixit, meminis-
 se oportet, ὃ Σώκρατες, βεβίως σὺ Ἀιγυπτίους τε
 καὶ ὀπδοπατοὺς ἐν ἐβέλλης λόγους ποιοῖς. Phaedr. p.
 275. B, et existimare ideo hoc a Socrate factum,
 ut, servata tenuitatis et inscitiae simulatione, non
 sua traderet, ut magister, praecepta; sed, ut unus
 de multis, audita loqueretur (cf. Wolf. in Ed.
 Symp. in Praef. p. XLVI, item Ast. de Vita. p.
 312.). Quamquam ex mentione Diotimae, cui gran-
 dis quaedam de Amore adscribitur et plane ἐνθου-
 σιαζούσης oratio, p. 201. D. — p. 212, probabi-
 liter effici possit, mulierem ipsam prudentia nobi-
 lem et vaticinio fuisse. Nam quod de Platone om-
 nis haec Disputatio ostendit, homines ipsum, qui
 et fuerant revera, et minime obscuri fuerant, in-
 duxisse; idem de Socrate Platónico licet existima-
 re; nimirum non fictas ipsum personas, sed my-
 this historiave cognitae induxisse; cum sic iis,
 quae dicebantur, major videretur accedere gratia
 veritatis. Attamen in Platone, ut FAMILIAREM SO-
 CRATIS, FAMILIAREM item APOLLODORI omittam,

quorum in Protagora illum, hunc in Symposio, ne scilicet auditor desit, adesse videmus (cf. Wolf. in Ed. Symp. Praefat. p. XII); his igitur omissis, duae insuper exceptiones reperiuntur; una in hospite Eleatico (cf. supra p. 75.) altera eaque magna in iis, qui in opere de Legibus inducuntur. Neque enim sermo ibi relatus habitus unquam, neque ipsi illi senes exstitisse videntur. CLINIAS Creten-
*sis καλῶς γεγυμνασμένος ἦν πρὸς τὸ διειδέναι τὰ Κρη-
 τῶν νόμιμα* · Leg. I. p. 626. B, πολύνοϊαν μᾶλλον ἢ
πολυλογίαν ἀσκῶν, Lacedaemonius MEGILLUS, ci-
 vilitatis peritissimus suae, brevilloquentiam porro et
 parsimoniam dicendi adhibebat, imo ipsis Spartano-
 rum locutionibus utebatur: cf. Ast. de Vita. p. 389.
 Erat uterque, pro popularium more, minus Musi-
 ces artibus, quam Gymnasticae eruditus, Leg. II.
 p. 673. VI. p. 769, in reip. administratione ver-
 satus, disputandi vero imperitus; ita ut ipsi do-
 cilium auditorum fungantur partibus; ATHENIEN-
 SIS HOSPES doctissimi prudentissimique paene
 magistri: *χρὴ ποιεῖν οὕτως, ὑμᾶς τε ἐπὶ τὸ μα-
 θεῖν καὶ ἐμὲ ἐπὶ τὸ δηλῶσαι πειρώμενον ἀμωσυέπως
 ξυντεῖναι τὸν λόγον* · I. p. 641. E. Quaecun-
 que igitur notatio ipsorum adest, ea non ad demon-
 strandos pertinet homines certos, sed certae rei
 publicae cives. Omnia apparet, prouti disputatio-
 nis usus ferebat, ita ad arbitrium esse ficta. In his,
 quae III. p. 702. C, narrantur, in fabellae omnino
 loco sunt reponenda: *ἡ πλείστη τῆς Κρήτης ἐπιχει-
 ρεῖ τινα ἀποικίαν ποιήσασθαι, καὶ προστάττει τοῖς
 Κνωσίοις ἐπιμεληθῆναι τοῦ πράγματος, ἡ δὲ τῶν Κνωσ-
 σίων*

εἶον πόλις ἐμοὶ τε καὶ ἄλλοις ἐντέτα· ἄμα δὲ καὶ νό-
 μους τῶν τε αὐτῶν, εἰ τινες ἡμᾶς ἀρέσουσι, τίθεσθαι
 κελεύει, καὶ εἰ τινες ἐτέρωθεν, μηδὲν ὑπολογίζομένους τὸ
 ξενικὸν αὐτῶν, ἀν βελτίους Φαίνωνται. Hæc enim
 externa quævis arcessendi ratio non Veterum, non
 Græcorum, non certe fuit Cretensium, qui legibus
 propriis superbiebant a Jove scilicet demissis. At-
 tamen Scholiastes ad operis initium pronunciat τὸν
 Ἀθηναίων ξένον esse Platonem ipsum: ἔστι δὲ Πλά-
 ταν, ὡς ἐκ τοῦδε Φανερόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀθηναῖος
 ξένος ἐν τοῖς τῶν Νόμων λέγει, ὅτι ἤδη αὐτῷ δύο
 πολιτείας προητύσθησαν· ἢ οὖν οὐδ' ἐκεῖναι Πλάτωνος,
 ἢ, εἰ μὴ τοῦτο, ὁ αὐτὸς ἀν εἶη τῷ Ἀθηναίῳ ξένῳ.
 Nempe respicit locum Leg. V. p. 739, ubi hoc dicit
 Atheniensis, tres esse πολιτείας, quarum se nunc
 mediam explicare, tertiam deinde expliciturum.
 Verba autem ἦν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπιχειρήκαμεν, non
 libros de Republica, sed brevem descriptionem
 illam l. c. (Πρώτη μὲν τοίνυν πόλις — παράδειγμα
 γὰρ πόλεως οὐκ ἄλλη χρὴ σκοπεῖν) spectare videntur.
 Quare si quis Ciceronem secutus, de Leg. I. 5, di-
 cat, uti Socrates plerumque, sic hoc in opere hospi-
 tem *interpretem* Platonis esse, libenter assentiar;
 contra dissentio vehementer, si Platonem existi-
 met sub ejus persona senem sese ipsum inducere
 voluisse. Nam tametsi id ipsum, quod tradit Scho-
 liastes, disertis apud Platonem verbis reperiretur
 (ut hoc non dicam, consequens tum esse, ut sub
 persona hospitis non Plato, verum Socrates lateat);
 citius illud ἀμάρτημα μνημονικὸν putarem (quale
 est Ciceronis illud, Fin. V. 8, ubi Piso, *de vo-
 luptate*, inquit, *cum Torquato et de honestate cum*

Cato est disputatum), quam ad suffragandum opinioni adducar, a Graecorum consuetudine et Platonis more prorsus abhorrenti. Plato enim, qui sui mentionem rarissime et non nisi obiter (cf. Apol. Socr. p. 34. A, p. 38. B. Phaedon. p. 59. B.) fecit; certe nusquam est in suis ipse libris suo nomine locutus (Wyttenb. Opusc. II. 29), et Graeci istiusmodi laudationem instar potenti habuissent. Itaque Diogenis Laërtii verbis, III. 52, utor: Πλάτων περι τῶν αὐτῶ δοκούντων ἀποφαινεται διὰ τεττάρων προσώπων, Σακράτους, Τιμαίου, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου. εἰσι δ' οἱ ξένοι οὐχ, ὡς τινες ὑπέλαβον, Πλάτων καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματά εἰσι ἀνόνημα. cf. Ast. de Vita. p. 388, et arbitror Platonem, cum de institutis rerum publicarum disputaturus esset, tres optimis constitutas legibus civitates veluti personatas in consilium adhibere voluisse.

Sed redeo de via paulum deflexus ad Periclem. Habuit filios XANTHIPPUM et PARALUM, quorum uterque, variis quamvis artibus eruditus, virtutem nec Xanthippi avitam, nec paternam Periclis imitatus, turpiter vixit: Protag. p. 320. A: p. 328. C. Menon. p. 94. B. Alcib. I. p. 118. D. Quamquam non in ipsos, quippe jam defunctos, iniustitiae accusatio valet, Gorg. p. 472. B. μαρτυρήσει σοι ἡ Περικλέους δλη οἰκία, verum in omnem Periclis cognationem, post ipsius quoque obitum magna in civitate gratia atque auctoritate florentem: cujusmodi συγγένεια, familiarium numero sectatorumque auctae, in ξυνομοσίᾳ et ἐταιρείᾳ rei-

publicae perniciosissimas abibant: ἐπὶ τὸ λαοθάνατον, ἡδικοὶ ὄντες, ξυνομοσίαις τε καὶ ἑταιρείαις συνάξομεν ἐξ ὧν τὰ μὲν κείσομεν, τὰ δὲ βιασόμεθα, ὡς κλεονεκτοῦντες δίκην μὴ δίδουαι. Rep. II. p. 365. De Quod Pericli, idem multis accidit principibus in republica Attica viris, ut filios haberent ipsorum virtute minime dignos. Veluti nec CLEOPHANTUS patrem Themistoclem retulit, nec Aristidem LYSIMACHUS. Alter enim nulla erat doctrina aut arte, nisi equitandi, conspicuus; ἐπέμενε ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἐστηκός, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ εἰργάζετο, at minime γένετο ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἄπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Menon. p. 93. D. E. LYSIMACHUS autem luxuriei deditus in turpi latuit ἀκλεία, ad infimorum hominum consuetudinem delapsus est, ut Socratis patrem Sophroniscum, non profecto nobill ex stirpe generatum, ἑταῖρον et φίλον haberet: Laches p. 180. C. Adolescentia ejus libidinosa effoetum corpus tradidit senectuti, ut vitae vix retineret umbram; ἐπιλαοθάνατοι, inquit, ibid. p. 189, C, ἤδη τὰ πολλὰ ὧν ἂν διανοηθῶ ἔρωςθαι, καὶ αὐτὸς ἂν ἀκούσω. cf. Menon. p. 94. A. Quamquam ipsi Thucydidis filius Melesias juventutis turpitudine et provectae aetatis vituperatione non cedebat. Nam etiam THUCYDIDES (αὐτὸς Φαῦλος ἀνὴρ, sed cui fuerunt πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν, καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσιν, Menon. p. 94, D), Periclis in republica adversarius acerrimus, pari atque ille infelicitate liberos pro-

creavit, STRPHANUM et MELESIAM, qui luctando tantum valebant, *ἐπάλασαν κάλλιστα Ἀθηναίων*, Una cum Lysimacho Melesias inducitur in Dialogo Lachete; rudes; ambo omnium rerum, stulti et paene stupidi, cum pudore in parentum memoriam redeuntes, omni praeteritae aetatis consolatione carentes, qua tristem senectutem permulcere possent; hac tamen re probandi, quod summam operam dandam sibi existimabant, ut filii, minus quam ipsi, majorum laudes dedecorarent: *ἡμῖν εἰσὶν υἱεῖς οὐτοι· ὅδε μὲν τοῦδε, κάππου ἔχων ὄνομα, Θρυκυδίδης· ἐμὲ δὲ αὐτὸς πατρῶν καὶ αὐτὸς ὄνομ' ἔχων* (Ita lego ex Heindorfii conjectura ad Theaet. p. 310.) *τοῦμου πατρός· Ἀριστείδην γὰρ αὐτὸν καλοῦμεν· ἡμῖν οὖν τούτων δίδοται ἐπιμεληθῆναι ὡς οἶόν τε κάλλιστα*. Laches, p. 179, A. Caeterum haec cura successu fere caruit: nam ARISTIDES refertur inter eos, qui τὰ ὑπὸ Σωκράτους μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν, ψευδῆ καὶ εἰδωλα περὶ πλείονος ποιησάμενοι τοῦ ἀληθοῦς· *τελευτῶντες δ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξαν ἀμαθεῖς εἶναι*. Theaet. p. 159. E, idque ipse fatetur in Theage, p. 130, AB, ΤΗΡΣΥΔΙΔΕΜ eo loco ita memorans, ut neque hic magno fuisse in honore videatur.

Parali et Xanthippi mater primum nupta fuerat HIPPONICO, ex quo CALLIAM suscepit, ut hic *δημητήριος* sit illorum *ἀδελφός*, Protag. p. 314, E, et ad Periclis *οἰκίαν*, quippe privignus ejus, quodammodo referri possit. Ex nobilissima gente eademque ditissima ortus, cf. Heindorf. ad Protag. p. 465, ad principatum in republica perve-
ni-

nire potuisset, si dotes naturae pares fuissent fortunae donis. Nunc vero, quamvis ei τὰ μέγιστα contigerant eratque εὐπατριδής, ἱερεὺς θεῶν ἀπ' Ἐρεχθίδας, Xenoph. Symp. VIII. 40, antiquo item familiae honore προξένος Lacædaemoniorum, ibid. §. 39, et Hellenic. VI, 3. §. 14, primum tamen in civitate locum a majoribus traditum, divitis quidem et nobilitate, non suis ipse meritis retinuit: neque enim fuit in urbe magnus, licet Ἄρχων, Hellen. I. 6. §. 1, neque in bello, licet στρατηγός ibid. IV. 5. §. 13 — 17. Quamquam, si sapientia venialis esset, aut si τοιοῦτον εἴη ἡ σοφία, ὥς ἐκ τοῦ πληροτέρου εἰς τὸ κενώτερον δεῖν, Sympos. p. 175, D, Callias sapientissimus fuisset. Nam, cum plura daret unus Sophistis, quam caeteri Athenienses universi (τεταλέναι χρήματα σοφιστῶν πλείω ἢ ξυμπάντες οἱ ἄλλοι, Apol. S. p. 20. A), et eos apud se esse, consecuturus ab imperitis quandam opinionem sapientiae, facile pateretur, ipsique Sophistae ejus patrimonium comedere non sane nollent; domus ejus commune Sophistarum deversorium facta est, ita quidem ut omnes aedium partes ab ipsis ipsorumque studiosis occuparentur. Id Plato salse in Protagora ridens, janitorem fecit ἀχθεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν σοφιστῶν, τοῖς φοιτῶσιν εἰς τὴν οἰκίαν, p. 314. C, deinde Prodicum jacentem ἐν οἰκίματι τινι, ᾧ προτοῦ μὲν ὡς ταμειρῶ ἐχρήστο Ἰππόδικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλῆθους τῶν καταλύοντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένους κατάλυσιν πεποίηκεν. p. 315. D. Verum Callias, uti erat homo ineptus ac nullius ingenii, ita

ex Sophistarum consuetudine majus fortunarum
 damnum retulit, quam doctrinae prudentiaeve lu-
 crum: certe, si Aristophani in Ranis v. 431,
 Avibus v. 284 sqq., Concion. v. 805, ipsiusque
 ad ea loca Scholiastis fides est habenda, temperan-
 tiam ab iis non didicit. Itaque Socrates suum il-
 lud solenne servat, cum Protag. p. 335, Ε, ἃ
 καὶ Ἰσπονίκου, inquit, ἀλλὰ μὲν ἔγωγε σοὺ τὴν Φι-
 λλοσοφίαν ἀγαπῶμαι, ἀτὰρ καὶ γῦν ἰπαινῶ καὶ Φιλῶ, item
 cum appellat eum τῶν τοῦ Πρωταγόρου ἐπιτροπῶν
 Theaet. 165. A. Haec enim manifestum est non
 serio a Platone dici, qui non sine consilio *videre*
 sapientem Calliam scripsit, σοφισταῖς Καλλίας πολ-
 λὰ τέλειαις χρήματα, σοφὸς δοκεῖ εἶναι, Cratyl.
 p. 391. C, et cui in hoc quidem homine depin-
 gendo plane convenit cum Xenophonte: si quidem
 quae apud hunc reperiuntur, Sympos. VIII. 39,
 sqq., Calliam leniter notare videntur, quod op-
 portunitatibus ad bene de patria merendum non
 fuerit usus: cf. tamen Ast. de Vita. p. 80. Qualis
 describitur Hellen. VI. 3. S. 3, οἷος μὴδὲν ἦσσαν
 ἤδεσθαι ὑφ' αὐτοῦ, ἢ ὑφ' ἄλλων ἰπαινέμενος, ta-
 lem licet ex Protagora suspicari, vanum scilicet,
 et qui adsentatorum vocibus mirifice delectaretur;
 ex eo hominum genere,

qui esse primos se omnium rerum volunt,
 Nec sunt:

quibus qui *ultra arripunt* et eorum ingenia *admi-
 rantur simul*, quaestum referunt *uberrimum*. Ob
 hanc adsentatiunculae aviditatem in Eupolidis Co-
 moe-

moedia derisus est: quamquam facile credam, vere,
 mirabile dictu! scripsisse Athenaeum, XI. p. 406, *ὁ*
καλὸς Πλάτωνος Πρωταγόρας . . . ἐκθεατριζόμενον ἔχει
καὶ τὸν Καλλίου βίον μᾶλλον τῶν Ἐυκολίδος Κολάκων.
 Post Periclis obitum in vacuam possessionem
 unius multi venerunt: qui cum minus possent auc-
 toritate dominari cives; magis quam ille, volup-
 tatum illecebris delinire plebem sibi que obsequio
 conciliare, libertatem large ministrantes, studue-
 runt: *οἱ δὲ ὕστερον, ἴσοι αὐτοὶ μᾶλλον πρὸς ἀλλή-*
λους ὄντες, καὶ δρεγόμενοι τοῦ πρώτου, ἕκαστος γίγνεσ-
θαι, ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ καὶ τὰ πράγμα-
τα ἐνδιδόναι. Thucyd. II. 65. Horum in numero
 fuit CALLICLES *ὁ Ἀχαρνέες*, Gorg. p. 495. B,
 facultate dicendi ad plebis benevolentiam captan-
 dam abutens, quippe qui in animo haberet non
 patriae consulere, sed sibi tantum; divitias et ho-
 nores somnians, ridens justitiam et honestatem.
 Itaque, cum Gorgias, qui deverterat apud ipsum,
 p. 447, B, item Polus manus Socrati dedisset;
 tertius ipse proelium magno cum impetu instaurat,
 et gnaviter impudens duas pronunciat veluti *ρήσεις*,
 quibus turpitudinis causam agit copiosissime. Priori
 prope oratione, a p. 482, C, — 496, D, contendit
τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν καὶ πλεὺν ἔχειν ὑπερ-
τερε; leges igitur, doloſe constitutas ab iis, qui
 parum viribus valerent, cum naturae praeceptis
 hominumque praestantia pugnare; tum decantatum
 etiam illud, philosophandum quidem esse, sed
 paucis; et vituperandos, quicumque ad senectute-
 tem usque in studiis detinerentur. Alter deinde
 sermo brevior, p. 491. C, p. 492. C, at probra-

sior idem, habet laudes intemperantiae, cui *ἀνδρεία* et *Φρόνησις* voluptates suppeditare cogantur: *τροφή* καὶ *ἀσπλαγία*, καὶ *ἐλευθερία* ἐὰν *ἐπιπορευμένη* ἔχη, τούτ' ἐστὶν *ἀρετή* τε καὶ *εὐδαιμονία*, τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ' ἐστὶ τὰ *καλλωτιστικά*, τὰ κατὰ *Φύσιν* συνήματα, *ἀνθρώπων*. (Forte interpungi oportet: *συνήματα ἀνθρώπων*, Φλ.) *Φλυαρία* καὶ *οὐδανὸς* ἄξια. Verum Callicles concionando forte erat aptus, ineptus certe disputando, et inter *δημηγόρους* referendus, quorum ei *ἐπανέροτό* τινὲς τι, ὡς περ *βιβλία* οὐδὲν ἔχουσι: οὔτε *ἀποκρίνασθαι* οὔτε *αὐτοὶ* ἐρεῖσθαι. ἀλλ' *ἐὰν* τις καὶ *σικκρὸν* ἐπερωτήσῃ τι τῶν ἠθέτων, ὡς περ τὰ *χαλεῖα* *πληγῆντα* *μακρὸν* ἤχει καὶ *ἀποτείνει*, ἐὰν μὴ *ἐπιλάβηται* τις, καὶ εἰ ἤτορος οὕτω *σικκρὰ* ἐρωτηθέντες *δολιχὸν* *κατατείνουσι* τοῦ *λόγου*: Prot. p. 329. A. Quare cum opiniones scelestas effudisset, mox succubuit, Socratis in argumentando viribus, in huiusmodi causa praesertim, facillime superatus. Sed hic non satis habuit argumenta refellisse, nisi os quoque hominis ac nequitiam tum festive risisset, p. 492, D, οὐκ *φγενῶς* γε, *ἐπαβέροχ* τῷ *λόγῳ* *παθήσασθαι* *ζόμενος*: *σαφῆς* γὰρ *σὺ* νῦν *λέγεις*, *ἃ* οἱ *ἄλλοι* *διαγοῶνται* *μὲν*, *λέγεις* δὲ *οὐκ* *ἐθέλουσι*: p. 497. C, *εὐδαιμονίᾳ* εἰ, ἢ, *ἔτι* τὰ *μεγάλᾳ* γε *μεμύησαι* *πρὶν* τὰ *σικκρὰ*: *ἐγὼ* δ' οὐκ *ἔμην* *ἁεμίτῳ* *εἶμαι*, tum graviter exagitasset: p. 494. B., *χαρὰ* δ' αὖ *σὺ* *βίον* *λέγεις* et in primis p. 526. E, p. 527. Obijcitur ipsi, p. 481, D, *ἔρας* τε *Ἰαθικαίων* *δήμου* καὶ τοῦ *Πυριλάμπερος*. De *πρῶμο* cf. Heindorf. ad *Gorg.* p. 115, summorum virorum auctoritate *τεροχῶν* videtur, non adductus, ut legeret τοῦ τοῦ *Πυρῆ*, quoniam *Articulo* caret eodem jure *Pyrilampis* *νομίου* atque *Atheniensium*. Cum autem Callicles fuerat

fuerit procul dubio homo pessimus, sequitur ut non magnifice sentientium sit de iis, quos ipsi Socrates dicit, p. 487. C, *κοινωνούς τῆς σοφίας* fuisse, et una decrevisse cum ipso *μὴ προθυμείσθαι εἰς τὴν ἀκρίβειαν φιλοσοφείν*. Sunt illi, TISANDER Aphidnaeus, hoc tantum loco memoratus a Platone; ANDRON qui Hippiae auditor adest, filius ANDROTIONIS, Protag. p. 315. C; denique NAUSICYDES ὁ Χολαργεύς, idem forte, de quo Scholiastés ad Aristoph. Concion. v. 426. *οἱ μὲν ὅτι ἀλφίταμοιβῶς· οἱ δὲ ὅτι οἱ ἀλφίταμοιβοὶ τοῦ Ναυσικύδους τοῦτο ἀπέλαυσαν*. Quālis fuerit, melius declarant ipsi Aristophanis versus:

Τοὺς ἀλφίταμοιβοὺς τοῖς ἀπόροις τρεῖς χοίνας
 Δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλάειν μακρὰ,
 Ἵνα τοῦτ' ἀπέλαυσαν Ναυσικύδους τὰ γὰ ἀθὼν.

tum in primis locus apud Xenoph. Memorab. II. 7. §. 6, *ἀφ' ἀλφίτοποιῆς Ναυσικύδης οὐ μόνον ἑαυτὸν τε καὶ τοὺς οἰκέτας τρέφει, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ δὲ πολλὰς καὶ βούς, καὶ περιποιεῖται τσοκῦτα, ὥστε καὶ τῆ πόλει πολλάκις λειτουργεῖν*, ut non exili praefuerit officinae, verum ita amplae ac copiosae, ut dominum ejus necesse esset habere magnam in re publica auctoritatem.

Similiter ANYTUS, licet ὁ βυρσοδέψης ab Auctore Ep. VII. Socrat. p. 30, appelletur, non debet idcirco ad plebeculam referri. Sed ratio, qua bilem in Sophistas effundit, Menon. p. 92. A, *οἱ σοφισταὶ πολλοῦ γέ δεῦσι μαίνεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον οἱ τοῦ-*

τοῖς

τοις δίδοντες ἀργύριον τῶν νέων, τούτων δ' ἔτι μάλλον
 οἱ τούτοις ἐπιτρέποντες, οἱ προσήκοντες, πολὺ δὲ μάλι-
 στα πάντων αἱ πόλεις, εἴωσαι αὐτοὺς εἰσαφικνεῖσθαι
 καὶ οὐκ ἐξελαύνουσαι, cum praesertim ipsorum πα-
 τάκασι ἄπειρος esset; facilius me quidem moverit,
 ut cum ex humili genere ortum existimem. So-
 lent ita homines νεόπλουτοι odium in infima classe
 susceptum in eos, quicumque opibus, honore, in-
 genii doctrinaeve fama excellent, mutata quamvis
 conditione, tamen retinere. Suspiciari igitur licet
 Anytum, cum patris ANTHEMIONIS labore (ὃς ἐγέ-
 νετο πλούσιος οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, οὐδὲ δόντος τι-
 νός, ὥσπερ ὁ νῦν νεωστὶ εἰληφῶς τὰ Πολυκράτους χρή-
 ματα, Ἰσμενίας δ' Θηβαῖος, ἀλλὰ τῆ αὐτοῦ σοφίᾳ κτη-
 σάμενος καὶ ἐπιμελείᾳ, Meno p. 90. A) amplum
 patrimonium nactus esset, honores gratia plebis,
 cui, ut par erat, impense favebat, gerentem
 (Ἀθηναίων τὸ πλῆθος αἰρεῖται αὐτὸν ἐπὶ τὰς μέγιστας
 ἀρχὰς, ibid. B) sordes originis abstergere non po-
 tuisse. Fuit certe πολίτης δοκῶδης τε καὶ ἐπαχθῆς
 et ἀνὴρ neque κόσμιος, neque εὐσταλής, ut pa-
 ter dicitur fuisse: nam hujus virtutes magnificen-
 tius ideo commemorantur, quo magis appareant
 filii vitia. ISMENIAS Thebanus, qui loc. laud.
 perstringitur, item Rep. I. p. 336. A, auro a
 Persis, ut Lacedaemoniis bellum excitaret,
 corruptus est: Xen. Hell. III. 5. §. 1. Sed,
 ut ad Anytum revertar, intelligitur, quanta ta-
 lem hominem necesse fuerit in Socratem, cum
 derisus ab eo esset, vindictae flagrare cupiditate.
 Itaque minatur ipsi in Menone, tecte p. 92, B,
 ubi confundit eum cum Sophistis, εἴτε τις ξένος
 ἐπι-

*ἐπιχειρεῖ τοιοῦτον τι ποιεῖν, εἴτε ἀσπὸς, apertius p. 94, E, ῥαδίως μοι δοκεῖς κακῶς λέγειν ἀνθρώπους, ἐγὼ μὲν οὖν ἂν σοι συμβουλεύσαιμι, εἰ ἐθέλοις ἐμολ' πείθεσθαι, εὐλαβεῖσθαι ὡς Ἰσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πρόλει ῥᾶδόν ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἔν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. Videtur haec offensio viri arrogantis atque superbi et ad irascendum prompti satis fuisse magna, ut aliis supersederi possit: cf. tamen Luzac. in Annot. post Orat. de Socrate Cive. p. 133. Iram nonnisi morte Socratis explevit, quem condemnari cum diu jam cupivisset et in ipso iudicio identidem monuisset, ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν Σωκράτη δεῦρο εἰσελθεῖν, ἢ, ἐπειδὴ εἰσῆλθε, οὐχ οἶδόν τ' εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, Apol. S. p. 29, C, perfecit tandem, sceleris adiutoribus usus Melito et LYCONE. Iste Lyco crimine Socratem persequebatur, ἀχθόμενος, ut Anytus ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν, ita ipse ὑπὲρ τῶν ῥητόρων. A Diogene Laërtio, II. 38, vocatur *δημαγωγός*, qualem sane credibile est ipsum fuisse: nomen autem ejus in Attica historia non celebratur.*

Majus quid de eloquentia existimandum est ARCHINI et DIONIS (cf. Menex. p. 234, B, ἢ βουλή μέλλει αἰρεῖσθαι ἕστις ἔρει ἐπὶ τοῖς ἀποθανούσιν . . . οἶμαι . . . Ἀρχῖνον ἢ Δίωνα αἰρεθῆσεσθαι), saltem de illius, si quidem ex funebri ejus oratione Isocrates multa in Panegyricum suum derivavit: cf. Ruhnken. in Hist. Cr. Orat. Gr. Opuscul. II. p. 316.

Constat eorum, de quibus hactenus dixi, plerisque Democratiae fautores fuisse. Oligarchiae studiosi sequantur. Harum partium patronus insignis CRITIAS fuit. Quidquid enim de illa in Thessaliam expeditione statuendum sit, in qua dicitur Pe-

// 26

nestas contra dominos armavisse, Xen. Hellen. II. 3. §. 18, notissimum est; ejus consilia, Athenis certe, ad paucorum dominatum semper spectavisse, eumque, cum in triginta tyrannis esset, regni collegas cupiditate potentiae augendae et vero saevitia superasse. Atque prope erat necesse non studere imperio populari, cujus genus, ab ultima antiquitate repetitum, poetarum laudibus esset et perpetua serie principum in republica virorum celebratum: *οἰκία ἢ Κριτίου τοῦ Δραπίδου καὶ ὑπὸ Ἀνακρέοντος καὶ ὑπὸ Σβλωνος καὶ ὑπὸ ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκωμιασμένη παραδέδοται ἡμῖν ὡς διαφέρουσα κάλλει τε καὶ ἀρετῇ καὶ τῇ ἄλλῃ λεγομένη εὐδαιμονίᾳ*. Charmid. p. 157. E. Solonis accedebat *συγγενεία*, ibid. p. 155. A, quam tamen non recte ad fratrem cum *ΒΡΟΠΙΔΕ* Critiae proavo necessitudinem referri, demonstrat Ast. de Vita, p. 16 et 17. Critias videtur multum temporis doctrinae comparandae et poëseos maxime studiis tribuisse. Itaque Socrates alludens, Charmid. p. 162, D, *Κριτίας*, inquit, *ἔδοξεν θρησθῆναι . . . ὥσπερ ποιητῆς ὑποκριτῆ μακρῶς διαθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα*. tum Critia, p. 108, *πρόλέγω γε μὴν, ὦ Φίλε Κριτία, σοὶ τὴν τοῦ θεάτρου διάνοιαν, ὅτι θαυμάστῶς ὁ πρότερος εὐδδικίμησεν ἐν αὐτῷ ποιητῆς*. ut haud temere quis arbitretur Critiam aliquando in ludorum certamen venisse. Vulgarem certe poetam non fuisse declarant versus ejus servati ab Athenaeo I. p. 28. Sententia ex carmine ipsius, ut videtur, sumta a Platone refertur, Charm. p. 155. D: *εἶπεν, ἐπὶ τοῦ καλοῦ λέγων παιδὸς, ἄλλω ὑποτιθέμενος, εὐλαβεῖσθαι, μὴ κατέναντι*

ἐν λέοντος γαστρὴν ἐκθέτοντα μοῖραν περιττόσαι κρεῖων. Cum fuerit αἰφύτωντος πρὸ ἑρωτικῶν et elegorum scriptor, multumque ait: procul dubio cum Glaucione atque Adimanto, propinquis praesertim, versatus, fieri potest, ut significetur etiam Rep. II. p. 368. A: οὐ μικρῶς εἰς ὑμᾶς ἐλάττην ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων ἐποίησεν ὁ Γλαύκωνος ἑραστής, εὐδοκίμησάντας περὶ τὴν Μεγαροῖ μάχην: αἰπῶν, Παῖδες Ἀρίστωνος, κλεινοῦ θεῖου γένος ἀνδρός. In Charmide disputare, refelli, ridenti (cf. p. 169. C) videtur prope instar Sophistae; definitionem σωφροσύνης, eam esse τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, frustra conatus contra Socratem tue-ri; et audiebat sane libenter Sophistas: p. 163. D: Protag. p. 316. A: 336. D. E: cf. Ast, de Vita, p. 426. Contra habetur honorificentissime in Timaeo et in Dialogo, qui ipsius inscriptus nomine est. Nam traditiones Aegyptiorum de antiquissima Athenarum historia, ab avo Critia acceptas, in prudentissimorum virorum conventu, quam brevissime primum, ἐν κεφαλαίῳ (Timaeo. p. 21 — 27); fusius deinde, καθ' ἑκάστην (cf. Critias), enarrat, et affirmat, Socrates ἔτι Κριτίαν πάντες οἱ τῆδ' ἴσμεν οὐδένδε ἄν λέγομεν, id est, gravissimarum rerum, ἰδιώτην ὄντα. Tim. p. 20. Neque tamen existimo Platonem, cum crudelē istum et impotentem tyrannum, τῶν ἐν τῇ ἀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατον τε καὶ βιαϊότατον; Xen. Mem. I. 2. §. 12, laudibus ornaret, aliquid cognato gratificatum esse. Sed observari oportet Critiam, etsi civitati suae non bonum, doctum atque eloquentem fuisse et Socraticis disputationibus eruditum: Cic. Orat. III.

34: porro fieri posse, vel potius perquam probabile esse, eum multis ornatum naturae fortunaeque bonis minime contemnendum fuisse (ut vere scribat Scholiastes ad Tim. p. 20, 'Ο Κριτίας ἦν μὲν γενναῖος καὶ ἀδρᾶς φύσεως; ἤπτετο δὲ καὶ φιλοσόφῳ συνουσιῶν; καὶ ἐκαλεῖτο Ἰδαίτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἰδιώταις); cum vero postea ἐν μεγάλῃ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀδικεῖν versaretur, progressionem peccandi (Xen. Hellen. II. 3. 18. sqq.), ad μέγιστα καὶ ἀνοσιώτατα ἀμαρτήματα pervenisse.

Similiter ARISTOTELES, idem, ut videtur, qui Diog. Laërt. V. 34, in Aristotelibus secundus numeratur, ὁ πολιτευσάμενος Ἀθήνησιν, οὗ καὶ δεικανοὶ φέρονται λόγοι χαριεῖς, ingeniosus ille et acutus et quocum Parmenides, princeps acumine, disseruisse fertur, Parmen. p. 127. D, p. 137. C, fuit fortasse primum bonus ac mitis; postea autem quam in triginta viros, quippe Oligarchiae studiosissimus, Xen. Hellen. II. 2. §. 11, relatus esset, ib. 3. §. 2, saevorum hominum est familiaritibus eo adductus, ut quae committebantur ab ipsis, nisi probaret omnia, certe iis non magnopere repugnaret.

Melius ANTIPHON ille Rhamnusius, cujus in primis opera cum quadringenti in republica viri constituti essent, causam nullis videtur sceleribus contaminasse, si quidem ἀνὴρ, Thucyd. VIII. 68, dicitur, Ἀθηναίων τῶν καθ' αὐτὸν ἀρετῆ ὀδδενός ὑστερος, κράτιστος ποτὸ ἐδυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἂν γνώη, εἰπεῖν. Nam orator erat in paucis ve-

he-

hementia non magis dicendi, quam suavitatis in-
 toperare excellens, ut Nestoris ei nomen tribueretur.
 Quare, cum duplex sit opinio de loco Phaedri, p.
 269. A; *τί δὲ τὸν μαλγυρον.* "Αδραστον οἰόμεθα, ἢ
 καὶ Περμλέα, altera Heindorfii ad Phaedr. p. 323,
 respici existimantis Argivum illum ex tragoediis
 ADRASTUM, altera Astii in Vers. p. 244, Anti-
 phontem significari stuentis, ad hujus sententiam
 me propendere nolo diffiteri. Mirum enim non
 est, si Plato eloquentissimo Pericli eloquentissi-
 simum adjungat Antiphontem, praesertim cum alio
 item loco insigniter eum laudet: Menexen. p. 236,
 A, *Ἀσπασία καὶ Κόννος ὁ Μητροβίου μοι δύο εἰσι,*
 Socrates inquit, *διδάσκαλοι· ὁ μὲν μουσικῆς, ἡ δὲ*
ῥητορικῆς· οὗτοι μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα οὐδὲν θαυμα-
στόν δεινὸν εἶναι λέγουσιν· ἀλλὰ καὶ ὅστις ἐμοῦ καίτοι
ἐκπαυδύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λαμπροῦ παιδευθεὶς, ῥη-
τορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἄν
οὗτος οἴσεται εἶη Ἀθηναῖος γε ἐν Ἀθηναίοις ἐκπαυ-
δουμένω. Quae verba quum multi tamquam se-
 rio scripta interpretarentur, lucrati sunt in Pla-
 tonem triplex invidiae crimen, qua Antiphon-
 tem videlicet, Lamprum, Thucydidem, quip-
 pe ὑπ' Ἀντιφῶντος παιδευθέντα (cf. Ruhn. Dis-
 put. de Antiph. Opusc. II. p. 148, 151. sqq.),
 prosecutus esset. Mihi vero dubium non videtur,
 neque Aspasiam ea dicendi facultate fuisse, quae
 cum uno ex Atticae eloquentiae principibus com-
 parari posset; neque bonum, quem Socra-
 tes saepe ridet, Connum cum Lampro, cujus no-
 men per omnem Graeciam pervagatum erat (cf.

Nepos in Epamin. c. 2.9), nisi jocos conferendum esse; neque Thucydidem, admirabilem illum rerum narratorem, contumeliose a Platone esse petatum: sed locum hunc oportere Socratis ironia explicari, institutioni, qua se jocosè profitebatur usum, optimam disciplinam, cum festiva affectatione arrogantiae, postponentis.

S E C T I O A L T E R A .

De bellis dacibus.

Platonis aetas tempora partim complexa est, partim proxime secuta, quibus Graecia, Persarum metu depulso, intestinâ discordiâ agitari coepit. Haec autem civilia bella non, ut inter civitates communi cognationis necessitudine junctas, mitius gerebantur; verum ea acerbitate, quae ad crudelissimam quaeque excitaret. Dolebat illud Plato, cujus amor patriae, si in tali viro dubius esset, ex affectu conditionem Graeciae depravatam nunc deplorantis aperte, nunc tectius moerentis, satis appareret. Graviter igitur ferebat Graecos ista ratione bellandi, tum cognationis jura violare, tum infirmos fieri ad barbarorum impetus de-

pel-

pellendos: contra existimans oportere τοῦ Ἑλληνικοῦ γένους Φεῖσθαι, εὐλαβουμένους τὴν ὑπὸ τῶν βαρβάρων δουλείαν. Rep. V. p. 469. B. Nam τὸ μὲν Ἑλληνικὸν γένος, αὐτὸ αὐτῷ οἰκίῳ εἶναι καὶ ξοφγενές, τῷ δὲ βαρβαρικῷ ὀθνεῖν τε καὶ ἄλλοτριον. ibid.: p. 470. C. Putabat igitur nefas habendum εἶναι τροφὸν τε καὶ μητέρα κείρειν, at par esse διανοῖσθαι, ὡς διαλλαγησομένων καὶ οὐκ αἰετοπολεμησόντων. ibid. Gravissimis denique verbis demonstrabat scelus esse, Graecis non parcere Graecos, et, sive γῆν τεμένειν τὴν Ἑλληνικὴν, sive οἰκίαν ἐμπιπράναι. p. 471. B. Ultimam in turpitudine censebat, quod Lacedaemoniū ipsum Persarum regem, communem Graeciae hostem, in auxilium contra Athenienses vocassent: τοῦτο δεινὸν καὶ ἀνέλπιτον τοῦ πολέμου ἰσχυροῦς, τὸ εἰς τοσοῦτον φιλονεικίας ἐλθεῖν πρὸς τὴν πόλιν τοῦδε ἄλλοῦ Ἑλλήνας, ὥστε τολμήσαι τῷ ἐχθίστῳ ἐπισηρκεύσασθαι βασιλεῖ, δι' οὗ κινῆ ἐξέβαλον μετ' ἡμῶν, ἰδίᾳ τοῦτον πάλιν ἐπάγασθαι βάρβαρον ἐφ' Ἑλλήνας, Menex. p. 243 B: laudandos vero, quicumque meminissent πρὸς τὸ δμόφυλον μέχρι νίκης δεῖν πολεμεῖν, καὶ μὴ δι' ὀργὴν ἰδίαν πόλεως, τὸ κινεῖν τῶν Ἑλλήνων διωλλύναι πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους, μέχρι διαφθορᾶς. ibid. p. 242. D. In his Athenienses, qui, πολιοῦ πολέμου γενομένου, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρατευσάντων, καὶ τεμόντων τὴν χώραν, καὶ ἀναξίαν χάριν ἐκτινόντων τῇ πόλει, νικήσαντες αὐτοὺς ναυμαχίᾳ καὶ λαβόντες αὐτῶν τοὺς ἡγεμόνας Λακεδαιμονίους ἐν τῇ σφαγίᾳ, ἐξὸν αὐτοῖς διαφθεῖραι, ἐφείσαντο καὶ ἀπέδοναν, καὶ εἰρήνην ἐποίησαντο. ibid. C. Patet ex mentione ναυμαχίας et
 εἰ-

ειρήνης, spectari peculiare lenitatis exemplum : et sane Athenienses, ne in laudatione quidem, ob mansuetudinem bellandi universe celebrari poterunt. Quod cogitanti cumque vix unum et alterum remisse ab Atheniensibus factum memorari possit, facile venit in mentem Sphacteriae insulae, ut levi emendatione pro *ἐν τῇ σφακτηρίᾳ* legam *ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ*. Sic conveniet optime locus cum Thucydide, apud quem etiam navale proelium committitur, tum captivi redduntur et pax concluditur. Cum enim navibus acriter pugnatum esset, Athenienses *τροπαῖόν τε ἔστησαν, καὶ νεκροὺς ἀπέδωκαν, καὶ ναυαγίων ἐκράτησαν καὶ τὴν νῆσον εὐθὺς περιέπλεον, καὶ ἐν φυλακῇ εἶχον, ὡς τῶν ἀνδρῶν ἀπειλημένων*, IV. 14, deinde *ξυμμαχία ἐγένετο μετὰ τὰς σπονδὰς οὐ πολλῶ ὕστερον, καὶ ταῦτε ἄνδρες τοὺς ἐκ τῆς νῆσου ἀπέδωκαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις* V. 24.

Conjicere licet ex iis, quae dicta sunt, quomodo Plato in singulos quosque duces, prouti illa bellandi officia religiosius negligentiusve servaverunt, fuerit animatus. Memoravit praecipuos ex proventu, quem aetas, bellis prope continuis agitata, necessario tulit uberrimum.

NICIAM atque LACHETEM, quorum alter prudentia, alter audacia fortudinem definiebat, hac ipsa de re altercantes induxit, imo cavillatione et acerbe dictis sese invicem misere lacerantes, ut inimicitiae, quae iis intercesserunt, non obscure significantur. Cum enim Nicias ita cautus esset, ut plerisque subtimidus, Laches tam audax, ut teme-

rarius multis videretur, ille saepius notat in hoc *θρασύτητα καὶ τόλμην καὶ τὸ ἀφοβὸν μετὰ ἀπρομηθείας*, quibus negat fortitudinem censendam esse, Lach. p. 197: hic vicissim objicit illi Ignaviam verborum pompa prudentiaeque nomine dissimulatam, p. 184, p. 188, tum *δεισιδαιμονίαν*, notam item ex Plutarcho in Nicia, c. 24, ridet, p. 195. E. Quamquam non nisi pauca libare possum ex perpetua fere, qua totus Dialogus redundat, dicacitate. Plato cum utroque, quatenus reprehendebat alterum, consentiebat; neque enim in Lachete probabat τὴν ἀλογον ἀφοβίαν, Atheniensibus apud Delium (cf. Lach. p. 181. B), qua in fuga non admodum fuit Ἰμφρων (Sympos. p. 221. B), funestam; neque in Nicia nimiam diligentiam cavendi, qua vincendi opportunitatem ex manibus elabi pateretur: cf. Lachet. passim. Porro hunc in republica administranda non integerrimum fuisse, videtur indicare in Gorgia, p. 472, A, ubi cum fratribus una refertur in justitiae, videlicet utilis, laudatores: *μαρτυρήσουσι σοι Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ, ὧν οἱ τρίποδες οἱ ἐφεξῆς ἐστῶτές εἰσιν ἐν τῷ Διονυσίῳ* proximeque additur ipsi ARISTOCRATES ὁ Σκελλίου, οὗ αὖ ἐστὶν ἐν Πυθίου τοῦτο τὸ καλὸν ἀνάθημα, pessima inter Oligarchiae fautores, Thucyd. VIII, 89, fama nobilitatus. Niciam tamen in hoc certe anteponebat Lacheti, quod eruditionem et philosophiam attigisset, Lach. p. 185, p. 187 sqq., Laches vero rudis omnium paene rerum a studiisque artium et doctrinarum alienus esset: cf. v. c. p. 194. Fortasse Lacedaemoniorum

consuetudinem vestitu habituque stulte referebat, p. 183, 18^R, 191, quales imitatores Spartanæ rationis Athenis frequenter occurrebant, irrisi Protag. p. 349. B. C, *οἱ ἐν ταῖς πόλεσι Λακωνίζοντες ὅτι τε κατάγυνται μισθόμενοι αὐτοὺς καὶ ἱμάτια περιελάττονται καὶ φιλογυμναστῶσι καὶ βραχέας ἀναβολὰς φροῦσιν, ὡς δὲ τοῦτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμόνιους* ubi cf. omnino Heindorf. ad Protag. p. 580 sq. Porro, tametsi constat timiditatem Niciae displicuisse Platoni, sagacitatem videtur probare ejusdem in dissuadenda expeditione Siciliensi: cf. Theages, p. 129, C. Cum habuerit patrem NICERATUM, omnino diversus est ab eo, qui NICIAS δ' Ἡροκλεῶνδρου dicitur, occisus a PHILEMONE et TIMARCHO, quem ad hoc scelus proficiscentem Socrates, daemone instinctus, frustra revocavit; frustra item EVATHLUS δ' στασιοδρομῶν celare voluit redeuntem: Theag. p. 129, AB.

Ex iis, qui cum Nicia duces ad bellum Siciliense electi sunt, alter LAMACHUS semel commemoratur, Lachet, p. 197, C, Lachetis instar strenuus quidem miles, sed audacior interdum belli dux, ἀνδρώδης, ut ait Plut. in Nicia. c. 15, καὶ δίκαιος ἀνὴρ, καὶ τῇ χειρὶ χρώμενος ἀφ' ἑδῶς κατὰ τὰς μάχας. Saepissime vero occurrit ALCIBIADES ille, quam se cunque in partem dedisset, futurus vel virtutibus, vel vitiiis insignis: sed elatus genere, divitiis, forma, potentia, hominum admiratione, praecepta Socratis, magnam, ut videtur, spem in eorum reponentis (cf. Protag. init., Gorg. p. 481, D.), addictus ambitioni libidinique, neglectus. Nec fieri

potest, quia Alcibiades saepius Platoni obversatus sit causas exponenti, quibus a philosophia optimi quique solent avocari; nempe κάλλος, και πλούτον, και ισχύν σώματος, και ξυγγένειαν ἠθωμένην ἐν τῇ πόλει. Rep. VI, p. 491, C. Est enim omnino referendus inter ψυχὰς τὰς εὐφροσάτας, quae, κακῆς παιδαγωγίας τυχοῦσαι, fiunt διαφερόντως κακαί, docuitque exemplo τὰ μεγάλα ἀδικήματα, και τὴν ἄκρατον πονηρίαν ποιεῖν ἐκ φαύλης, sed ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῇ διολλυμένης γίνεσθαι. ibid. Tūm ratio, qua φύσις φιλόσοφος paulatim dicitur corrumpi, p. 494, eadem est, quae Alcibiadem φύσει μνήμονα, εὐμαθῆ, μεγαλοπρεπῆ, εὐχαριν, μεγάλῃς πόλει δυνάτα, πλεουσίων τε και γενναίων, και ἐπι εὐειδῆ και μέγαν prorsus depravavit eumque effecit πρόμιμον αὐτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον. Aristoph. Ran. v. 1476. Duo Platonis Dialogi feruntur Alcibiadis nomine inscripti: priori Socrates illum in Herculis veluti trivio stantem ad virtutem impellere conatur; in secundo ostendit ipsi, qua oporteat cautione precari Deos. In utroque, si initium forte prioris excipiat, desidero protervum illud Alcibiadis, juvenis praesertim, petulans, vehemens, τὸ φιλόνηικον, quod in Protagora, p. 236, p. 347. B, p. 348. B, insigni festivitate declaratur: cf. Ast. de Vita, p. 437, 443. Verum in primis Symp. p. 212 — 222, indoles Alcibiadis moresque expressi sunt mirifice ad veritatem. Oecurrit ibi profecto

Cereus in vitium flecti,

T 2

cui

cui propensioni ad pravitatem quum Socrates moderari non potuisset, qualis depingitur, talia revera exstitit. Quamvis sitiens honoris ad dedecus identidem prolabens, vanam, non veram gloriam appetebat; insigniter lascivus, impudenter intemperans, et qui, cum meliora videret probaretque, deteriora sequeretur; tum

cupidus . . . et amata relinquere pernix,

in ipsius honestatis memoriam rediens subinde, omnino *varius*, ut nil magis, alternis modo incitatus ad laudis studium, et ad agendum quidvis praeclarum subito involans, modo deficiens et ad omnem remissionem lusumque delabens: Wyttemb. Vita Ruhnk: p. 218. Itaque lectionem Scholiastae ἐκβλητος ad Gorg. p. 482, A, ἴσθι Ἄλκιβιάδου ἢ Φιλοσοφία πολὺ ἤττον ἐμπληκτος ὁ μὲν γὰρ Κλεινίειος . . . ἄλλοτε ἕλλαν ἴσθι λόγων, ἢ δὲ Φιλοσοφία ἀεὶ τῶν αὐτῶν, cum Heindorfio ad Gorg. p. 117, repudiandam existimo: quoniam inconstantiae ejus ἐμπληκτος egregie convenit. Sunt enim ἐμπληκτοι, teste Suida, κῶφοι, εὐμετάβλητοι, tum, cf. Lysid. p. 24, C, μηδέποτε ὁμοιοι μὴδ' αὐτοὶ αὐτοῖς, ἀστάθμητοι. In Symposio suam cum Socrate necessitudinem exponit ipse et rationem, qua in doctorem suum affectus est; p. 215, E. p. 216, ABC: ὅταν Σωκράτους ἀ κούω, πολὺ μοι μάλλον ἢ τῶν κορυβαυτιάντων ἢ γε κρηθία πηδᾶ, καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου . . . πολλάκις δὴ εὖτα διεψέην, ὅτε μοι δοῦκε μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω . . . ἀναγκάζει

Ζει γὰρ με ὁμολογεῖν, ὅτι πολλοῦ ἐνδεῆς ἂν αὐτὸς
 ἴτι, ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω.
 βία οὖν ὡς περ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὄτα
 οἴχομαι Φεύγων· ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τού-
 τῳ καταγῆράσω· πέπονθα δὲ πρὸς τοῦτον μόνον τῶν
 ἀνθρώπων, ὃ οὐκ ἔν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, τὸ αἰσ-
 χύνεσθαι ὄντινῶν. ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι.
 ξύνοια γὰρ ἐμαυτῷ ἀντιλέγει μὲν οὐ δυναμένῳ ὡς οὐ
 δεῖ ποιεῖν ἂ οὗτος κελεύει· ἐπειδὴν δὲ ἀπέλω, ἡττη-
 μένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπέτεύω οὖν
 αὐτὸν, καὶ Φεύγω· καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὁμο-
 λογημένα. καὶ πολλὰκις μὲν ἠδέως ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ
 ὄντα ἐν ἀνθρώποις· εἰ δ' αὖ τοῦτο γένοιτο, εὖ ἴδω ὅτι
 πολὺ μείζον ἂν ἀχθολίμην. ὥστε οὐκ ἔχω ὃ, τι χηρήτο-
 μι τούτῳ ἀνθρώπῳ. Nae! non minus efficaciter
 Plato hic, quam Xenophon, Memor. I. 2, §. 12,
 sqq., Socratem defendit contra eos, qui Alcibiadis
 institutionem vitio ipsi vertendam arbitraban-
 tur, quoniam ab ejus disciplina profectus τῶν ἐν
 τῇ δημοκρατίᾳ πάντων ἀκρατέστατος καὶ ὑβριστικώτα-
 τος exstiterat. Alcibiades patrem habuit CLINIAM,
 qui ad Coronaeam occubuit, Alcib. I. p. 112. C,
 item CLINIAM fratrem natu minorem, quem cum
 communis utriusque tutor cognatusque Pericles,
 ne corrumpetur ab ipso, separatim apud fratrem
 suum ARIPHONEM (cf. Heindorf. ad Protag. p.
 503) educandum putasset, mox juvenem pravae,
 ut videtur, indolis, postquam nil ex eo egregium
 fieri posse perspectum esset, reddidit Alcibiadi:
 Protag. p. 320. A. At huic adeo acceptus non
 erat, ut illum *μαίνόμενον ἀνθρακον* appellét: Alcib.

I, p. 118, E. Quare verissime Κλειαν reponitur apud Athen. XI. p. 506, C, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ Νικίαν μαυρόμενον ἀποφαίνετ' titulus autem iste aequè potest ingenii imbecillitatem et morum molestias indicare. Sed Clinias non nisi privatim nocuisse videtur, Alcibiades publice privatimque. Ex infinitis malis, quae patriae intulit, nullum commemoratur majus, quam consilium Siciliae potiundae: cf. Theag. 129, C. Illud successu ut careret, erat necesse; ut cito careret, HERMOCRATES cum aliis effecit. De hoc duce Syracusanorum, qui vir erat καὶ ἐς τὰ ἄλλα ξύμμετ' οὐδένος λειπόμενος, καὶ κατὰ τὸν πόλεμον ἐμπειρία τοῦ Ἰκανὸς γενόμενος καὶ ἀνδρεία ἐπιφανής (Thucyd. VI. 72), plura nota essent, nisi Plato Tetralogiam, qua disputatio de Republica, Timaeus Critiaeque initium continetur, et ad quam explendam requiritur hujus Dialogi finis et Dialogus Hermocratis nomine inscriptus, inchoatam reliquisset; cf. Ast. de Vita. p. 375. Fortasse utitur Plato exsilii, in quod missus est, Thucyd. VIII. 85, oportunitate, ut ipsum, quippe qui Oligarchiae vehementer studeret, apud socium opinionis Critiam devertentem, Tim. p. 20, D, cum Socrate, Timaeo et hospite Critia de rebus faciat gravissimis colloqui. Addam igitur Platonis iudicium testimoniis πολλῶν μαρτυρούντων τῆς Ἑρμοκράτους πρὸς Φύστος καὶ τροφῆς, πρὸς ἅπαντα εἶναι ταῦτα Ἰκανῆς, ad prudentiam scilicet civilem et omnino ad philosophiam universam. Erat enim, teste Scholiasta ad Tim. loc. laud., Συρρακούσιος στρατηγὸς κατὰ νόμον ἔην ἐπιμέμενος· ἀπὸ καὶ

πο-

πολιτικῆς ὡς μετέχει καὶ φιλοσοφίας. Nunc
 dicam de filio ac nepote Hermocratis Diony-
 siii. Nam putavi invisum genus tyrannorum,
 cum imperium fraudibus atque audacia partum,
 vi et armis soleat retinere, ad hujus potissimum
 Sectionis finem commode referri. Sed monendum
 antea verbo, Platonem neminis, nisi maledicentis-
 simi Athenæi, XI, p. 506, A, iudicio, maledi-
 xisse APOLLODORO Cyziceno, PHANOSTHENI An-
 drio et HERACLIDI Clazomenio, quos simpliciter
 narrat, cum peregrini essent, tamen εἰς στρατηγίας
 καὶ εἰς τὰς ἄλλας ἀρχὰς ab Athēniensibus electos
 esse, ἐνδειξαμένους ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσιν, Ion. p.
 541, D; porro notiozem his THRASYLLUM, qui Pe-
 loponnesios navali proelio devicit, Thucyd, VIII,
 75, 105, memorari στρατευόμενον εὐθὺς Ἐφέτου καὶ
 Ἰωνίας, et habentem in expeditionis comitibus SAN-
 NIONEM τὸν καλόν. Theag. p. 129, D.

In DIONYSIIS brevissimus ero; quoniam narrata
 de iis in Epistolis, quæ a Platone ad Dionysium
 Juniorem, ad Dionem et Dionis amicos datae fe-
 runtur; non fere docent nisi, quæ ex Sicularum
 rerum historicis notissima sunt: Platonem, cum
 in Siciliam ad Dionysium Majorem profectus ab
 ipso male habitus esset, hujus peregrinationis
 eventu deterritum non fuisse, quominus iterum
 proficisceretur Syracusas a Dionysio Juniore arces-
 situs. Hic enim dicebatur esse, qualem Plato
 contingere volebat constituenti rempublicam, Leg.
 IV. p. 709, E, tyrannus νέος, καὶ μνήμων,
 καὶ εὐμαθής, καὶ ἀνδρείος, καὶ μεγαλαρχεπής φῖται.

Ita-

Itaque non desperabat, si tenerum juvenis animum honestatis amore incendere potuisset, opportunitatem se habiturum ea, quae exposuerat verbis, rerum item testimoniis confirmandi, Siciliaeque ad perfectae illius civitatis rationem, quam cogitatione conciperat, legibus accommodandae. Sed primus ardor, sive verus, sive fictus, brevi certe in Dionysio extinctus est. Quem cum patris imitatione ad impotentem dominatum ferri videret; ad DIONIS indolem spes suas convertisse videtur. Hunc enim Dionysiorum cognatum, qui fuerat ipsis Platonem arcessendi auctor, ita imbuit justitiae praeceptis, ut eatenus saltem vere dicatur ipsum ad liberandam patriam impulsisse, instruxisse, armasse: Cic. Orat. III. 33. Venerunt igitur magister et discipulus in suspicionem tyranno, cuius vindictam non sine summo vitae periculo cum vitassent, Dio in Siciliam parva manu reversus populares a durissimo jugo liberavit: rebusque tam prospere gestis, dedit operam reipublicae ordinandae cum THEODOTE avunculo et HERACLIDE tollendae tyrannidis adiutore: mox vero fortuna elatus, dissensione inter ipsum et Heraclidem orta, hunc interficiendum curavit; haud ita multo post et ipse occisus, cum in multorum invidiam incurrisset. Haec strictim relata fusius exponuntur Epist. II, III, IV, in primis Ep. VII, item Ep. XIII; in quibus non pauci homines reperiuntur cum Dionysii, Dionis ipsiusque Platonis rebus quodammodo juncti: HIPPARINI duo, Dionysii Majoris alter in bello Siciliensi collega, Epist. VIII. p. 353. B.

B, 356. C, filius alter, Ep. VII. p. 324. A. Ep. VIII. p. 357. C: Dionysii Junioris LYCO-
 PHRON familiaris, Ep. II. p. 314. D, TISIAS satel-
 les, Ep. VII. p. 349, C: tum Platonis amici HE-
 GESIPPUS, LYSICLIDES, PHILISTION, Ep. II. p.
 314. E, ARISTOCRITUS, Ep. III. p. 319. A, Ep.
 XIII. p. 363. D, CRATINUS, Ep. XIII. p. 362. E,
 item cognatus et successor in Academia SPEUSIPPUS,
 ibid.; porro LAMISCUS a Pythagoreis missus, qui
 causam Platonis ageret apud tyrannum, Ep. VII. p.
 350. B: EURYBIUS, qui idem officium praestitit HERA-
 CLIDAE; Ep. III. p. 318. C, Ep. VII. p. 348. E:
 HELICON Pythagoreus, discipulus EUDOXI, mul-
 tum quoque usus POLYXENI consuetudine, qui
 BRYSONEM audiverat: Ep. XIII. p. 360. C. Epis-
 tola decima scripta est ad ARISTODORUM, qui Dio-
 nis amicus laudatur in ea. Credibile est Siculos etiam
 esse, qui in Ep. VI. memorantur, HERMIAM, cui
 inscripta est, CORISCUM et ERASTUM, qui com-
 mendantur ipsi, Verum de his omnibus non est
 quod dicam, quoniam de plerisque ob histori-
 corum silentium ne dici quidem potest; Plato
 autem iudicium de iis aut omnino non significavit,
 aut ita posuit, ut unicuique legenti continuo in
 oculos incurrat.

Epistola quinta, quam nonnulli Dioni tribuunt,
 cf. Ast. de Vita. p. 517, a plerisque Platonis di-
 citur esse ad PERDICCAM, habetque EUPHRAEI lau-
 des, quem Pergamenus Carystius ideo missum cri-
 minatur, ut ARCHELAO Macedoniae postea ty-
 ranno Philippum adversarium suscitaret. Sed non

erit inutile observavisse Athenæum, hujus testi-
 monio aHato, XI. p. 506, F; addere, τοῦτο δ'ἴ-
 σαρ ὄντως ἀληθές ἔχει, ὅδε δὲ εἰδένῃ. Quam-
 quam caeteroquin in criminibus recipiendis non per-
 quam religiosus est et Archelaum istum in patro-
 cinium receperat, graviter ferens ejus scelera in
 Gorg. p. 474, referri et Platonem atticum ejus
 fuisse narrans. Hoc tamen ne tum quidem cre-
 derem, si scriptor fide magis dignus, quam mendax
 Athenæus; non, si ipse, ut ait, Speusippus tradi-
 disset. Quod Plato in Gorgia l. l. statuit, Ar-
 chelaum beatissimum opinione hominum, revera
 infelicissimum esse; id sane cum ejus de tyranni-
 de sententia optime convenit, qui tyrannorum
 consuetudinem agendi et cum viventium terrores
 (Rep. VIII. p. 562 — ad finem, IX, ab initio ad
 p. 580), tum mortuorum cruciatus (Gorg. p. 525,
 C. D, Rep. X. p. 615. E.) ita depingit, ut de-
 monstret ipsos, cum injustissimi sint, idcirco jam
 in his terris esse miseros, et decedentes ex iis in
 sempiternum fore miserrimos.

CAPUT QUARTUM.

DE POËTIS.

Quod vulgo fertur non omnia opus esse refutari, sed esse quaedam adeo absurda, ut silentio optime refellantur, id profecto valet de opinione eorum, qui quoniam Plato a civitatis suae abso- lutione humanam exclusit mediocritatem, postu- laritque poëtas in ea nihil canere quidquam, quod ad nervos virtutis elidendos spectare posset, sed severiori quodam Musarum genere uti (*τῷ αὐστη- ροτέρῳ καὶ ἀηδεστέρῳ ποιητῇ χρώμεθα καὶ μυθολόγῳ, ὁφειλέας ἔνεκα, ὅς ἡμῖν τὴν τοῦ ἐπεικοῦς λέξιν μι- μοῖτο, καὶ τὰ λεγόμενα λέγει ἐν ἐκείνοις τοῖς τύποις οἷς . . ἐνομοθετησάμεθα* Rep. III. p. 398B.), idcirco existimant eum a poësi alienum fuisse. Erat enim is, qui optimo quovis poëtarum delecta- retur maxime: sed putabat oportere in homi- num justorum honestorumque coetu, si futu- rus eset, nonnisi justitiae ac honestatis laudato- res admitti. Poëtae ne nomine quidem dignum ju- dicavit, qui versus pangere conaretur sine inflam- matione animi et quodam afflatu quasi furoris Di-

vinitus immissi. Haec sententia argumentum est Dialogi Ionis breviusque legitur expressa Phaedr. p. 245, A, ἡ ἀπὸ Μουσῶν κατοχὴ τε καὶ μανία, λαβούσα ἀπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν, ἐγείρουσα καὶ ἐκβακχεύουσα κατὰ τε ὁδὰς καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποιήσιν, μύρια τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοῖς ἐπιγιγνομένοις παιδεύει. δε δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελής αὐτὸς τε καὶ ἡ ποιησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἢ σωφρονούντος ἠφανίσθη. Ibi non sane, ut facit Heindorf. ad Phaedr. p. 244, arbiter cum contemptu dictum ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται, sed utpote in grandi oratione adhibitum et quae poëticis locutionibus abundaret. Duplicem Poësin, Tragicam et Comicam, Plato memorare solet: v. c. Theaet. p. 152. E, cf. ibi Heindorf. ad Theaet. p. 316: quam sequar divisionem in hujus Capitis expositione.

SECTION PRIOR,

De Tragicis.

Poëtae Tragici commiserunt nonnulla, quae Platoni displicerunt. Veluti displicebat jam illud, quod ad voluptatem audientium omnia referrent eorumque

stu-

studii tam cupide obsequerentur, ut non quid utile auditu esset, sed quid jucundum, cogitarent. Postquam igitur Socrates quaesiverat, *Τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὐτῆ καὶ θαυμαστὴ ἢ τῆς τραγωδίας ποιήσις ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; πότερον ἐστὶν αὐτῆς τὸ ἐπιχαίρημα καὶ ἡ σπουδὴ . . . χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς μόνον, ἢ καὶ διαμάχεσθαι, εἴαν τι αὐτοῖς ἡδὺ μὲν ἢ καὶ κεχαρισμένου, ποιητῶν δὲ, ὅπως τοῦτο μὲν μὴ ἐρεῖ· εἰ δὲ τι τυγχάνει ἀγῶν καὶ ὠφέλιμον, τοῦτο δὲ καὶ λέξει καὶ ἔσεται, εἴαν τε χαίρωσιν εἴαν τε μὴ;* Callicles ipse non infitiatu esse dñlon dñ τοῦτό γε, ὅτι πρὸς τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ὀριμνται καὶ τὸ χαρίζεσθαι τοῖς θεαταῖς, quo concesso Socrates consequens dicit esse, ut *κολακεία* sit: Gorg. p. 502. B. C. Porro, Minoë p. 318. E, quod historiam perverterint, accusantur. Deinde, præter communem poëtarum reprehensionem de rebus Divinis saepe indigna canentium (Rep. II. p. 377, ad finem, et III. ab init. ad p. 403), duo in Tragoediae poëtis notantur. Alterum ad ipsam poëseos rationem pertinet: nimirum subobscurè petuntur, quod ipsorum interdum fabulis Dñs interesset etiam tum, cum dignus vindice nodus non incidisset. Hic enim aculeus latet, opinor, Cratyl. p. 425, D, *οἱ τραγωδοποιοὶ, ἐπειδὴν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοῦς ἀφροντεσ.* Altera diversi generis culpa est, nempe quod tyrannidem magnificis saepe verbis turpiter extollerent, ut, Rep. VIII, p. 568, B, *τυραννίδος ὑμνηταὶ* appellentur. Idcirco, quo melior est reipublicae forma, eo civibus minus accepti dicuntur: *εἰς τὰς πόλεις περιῶντες, ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους, πάλαι*

φινδῶς καὶ μεγάλως καὶ πιθανῶς μισθωσάμενοι· εἰς τὰς
 ραυιδίας τε καὶ δημοκρατίας ἔκλονοι τὰς πολιτείας . .
 καὶ προσέτι τοῦτοι μισθοὺς λαμβάνουσι, καὶ τιμῶν
 ταν, μάλιστα μὲν, ὡς περὶ τὸ εἶδος, ὑπὸ τυράννων,
 δευτέρον δὲ, ὑπὸ δημοκρατίας· ἴσχυ' δ' ἂν ἀνωτέρω
 ἴσως πρὸς τὰς ἀπάντες τῶν πολιτειῶν, μᾶλλον ἀπαγο-
 ρῆσαι αὐτῶν ἢ τιμῆ, ὡς περὶ ὑπὸ ἀσθένειας ἀδυνατοῦ-
 σα κομίσασθαι· *ibid.* C.

Hujus reprehensionis initium ducitur ab Euripide: οὐκ ἔτος ἢ τε τραγῳδία ὄλωσ σοφῶν δοκεῖ εἶναι, καὶ ὁ Ἐυριπίδης διαφέρειν ἐν αὐτῇ . . . ὅτι καὶ τοῦτο πικρῆς διανοίας ἐχόμενον ἐφθίγγετο, ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοι εἰσι τῆ νεφῶν συνουσίᾳ· *ibid.* A. Sed, versus ibi laudatus non Euripidis, verum Sophoclis ex Ajace Locro dicitur esse, cum a Zenobio, Cent. V. Prov. 98, tum ab Aulo Gellio, Noct. Att. XIII, 18, ubi pro *in Theaeteto* forte legendum est *in Theage*, cum in hoc Dialogo, non autem in illo Euripidi haec γνώμη tribuatur: *Ευριπίδης πρὸς Φησί· Σόφου τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ· Theag. p. 125. B.* Itaque fuerunt, quibus Plato invidia in SOPHOCLEMI ductus nomen poetæ mixtasse videretur. Cujus invidia: si indicia in Platone negotio adesse, verendum est, ne, non Athenaei locus, XI. p. 506. D, ὁ κριτῶν αὐτοῦ Σοφοκλέους περιέχει καταδρομῆν: nam hunc quidem minus sane curo, cum praesertim in Critone ne vōla quidem aut vestigium istius καταδρομῆς appareat: sed hoc magnopere quis censeat metuendum ne suspicio Valakenarii objiciatur ad Phoeniss. vi. 1628, scribentis, *Plurimos exstitas Plato nominatum Euripidis et Aeschylē versus; ne unicum quidem*

dem sub nomine Sophoclis, cui quacunq; tandem de causa Platonem infensum fuisse hic non est demonstrandi locus; non fuit autem ab ingenio philosophi, humana saepe passi, prorsus alienum, Sophoclis versum, ne hunc laudate cogeretur, Euripidi tribuere, quibus verbis Ruhnkenius ad Timaeum. p. 9, monuit Valckenarium probabiliter disputare, Platonem Sophocli iniquiorem fuisse. Deprecor tantorum virorum auctoritatem, si quidem de hac re non data opera disputant, sed obiter eam ac leviter attingunt. Atqui Valckenarius ipse ibidem doctissime, ut solet, demonstrat, plures dari versus, qui apud utrumque poetam hisdem prope verbis occurrant: quod non ex fortuita συντυχία explicandum videtur, multo minus ex furtis poetarum; ex odio citantium minime. At credibile est, ut Comici, irridendi causa, Tragicorum versus minus probatos afferebant, ita Tragicos inter se graves interdum sententias, ab alio jam prolatas, honoris gratia, repetivisse. Quid igitur, in tot ejusmodi convenientiae exemplis, obstat, quominus hic etiam, de quo agitur, versus et a Sophocle fuerit, et etiam ab Euripide scriptus? Praeterea invidiae explendae ratio qualis tandem ista fuisset, versum, qui Sophoclis erat, Euripidis nomine citare? Inutilis primum apud Athenienses, qui amborum bene cogitata et bene dicta in numerato habebant: tum, etiam non habuissent potuissentque ea ratione decipi, vindictam adeo humilem minutis homunculis arbitraret relinquendam esse: neque enim de omni homine

licet omnia suspicari. Fateor quidem reprehendā Sophoclem Rep. II. p. 381, D: μηδ' ἐν τραγωδίαις, . . . μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἦραν ἡλωιωμένην ὡς ἱέρειαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ πᾶσι βιοδώροις, cf. Ruhnk. ad Tim. p. 9, 10: sed manifestum est hanc reprehensionem redire ad culpam poëtis communem, ut Plato eodem jure Homerum dicatur odisse, quod quam sit absurdum, monui supra, p. 10 et 11. Neque hoc diffiteor Sophoclis sententias a Platone nominatim laudatas non esse; verum nomine omisso ipsas constat citari, ut in l. l. vidimus. Porro interdum respiciuntur: nam locus Theact. p. 191. Δ, εἰν δὲ πάντῃ ἀπορήσωμεν, ταπεινωθέντες, οἴμαι, τῷ λόγῳ παρέξομεν, ὡς ναυτιῶντες, πατεῖν τε καὶ χαῖσθαι ὄ, τι ἂν βούληται, ductus est ex Soph. Ajace γ. 1161. sqq. ed. Musgravii,

Ἦδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσει θρασύν,
 Ναύταις ἐφορμήσαντα χαιμῶνος τὸ πλεῖν,
 Ὅτι φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν εὔρες, ἠνίκ' ἐν κακῷ
 Χαιμῶνος εἶχετ', ἀλλ' ὄφ' εἴματος κρυβεῖθ
 Πατεῖν παρείχε τῷ θέλοντι ναυτίλων·

monente Wyttembachio in Biblioth. Crit. Part. VI. p. 46. Ad Sophoclis imitationem fortasse etiam compositus est locus Phaedr. p. 246. E, δ. μὲν δὲ μέγας ἡγεμῶν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἄρμα ἱλαύνων, πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμαλούμενος· qui certe videtur convenire cum Electr. v. 175. sq.

Ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ
 Ζεὺς, ὃς ἐφ' ἑρῆ πάντα, καὶ κρατύνει *

praesertim quoniam in Platone delenda videtur vox ἡγεμῶν, verisimiliter orta ex Glossa vocis πρώτος, et quae abest in Plutarcho p. 1102. E, qui verba Platonis fere excrispit: ὁ μὲν μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς κάτω πρώτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος. Quis autem ejusmodi in locis Athenienses, licet Sophocles non nominaretur, Sophoclem non agnovisse existimet? Sed, quod majus etiam est, ille ipse invisus scilicet poeta, quem Plato consulto nunquam citaverit, pari atque Euripides honore, Tragoediae princeps habetur: Phaedr. p. 268. C. 269. A. Tandem mentio honeste dicti, quo Sophocles praedicavit se a voluptatibus, tamquam a domino agresti ac furioso, libenter profugisse, non indicat odium, et verò multorum versuum commemorationi par rectè haberi potest: Rep. I. p. 329. B: C: cf. Cic. de Senect. c. 14.

Nimirum ea ratione nemo prope erit, cui Plato infensus dici non possit. Quis amicitior Socraticis, et in primis etiam Platoni, EURIPIDE fuit? cui Socrates tam impense favebat, ut a Tragoediarum ejus confectione non prorsus alienus haberetur; quem Plato διαφέροντα ἐν τραγωδία, Rep. VIII. p. 568, A, appellat; cujus versus plurimos sive addito nomine, sive omisso memoravit. Attamen si velimus, ut in Sophocle factum video, ita in Euripide argumentari, erit profecto periculum Plā-

toni, ne hunc quoque inimicitii persecutus videatur. Etenim dicam, ex loco, unde invidiam in Sophoclem nonnulli ducunt, amorem in hunc, odium in Euripidem apparere; cum enim Tragicos graviter reprehensurus esset, Sophoclis versum, ne hunc vituperare cogeretur, Euripidi tribuisse. Tum urgebo, non sane honorifica esse verba *ὡς ἰσθθεδν γε τὴν τυρανίδα ἐγκωμιάζει*. ibid. Acerba (cf. Valck. ad Hipp. v. 612.) mihi videbitur mentio versus,

Juravit lingua : mentem injuratam gero,

quippe a Comicis acerrime exagitati. Ad extremum calumnia mea praeclare hoc firmabitur indicio, quod Euripidem, Socraticis sermonibus madentem, cum Plato in Dialogis saepius inducere potuisset, nunquam induxit. Verum aliis profecto rationibus opus est, ut Veterum inimicitias, de quibus nil certi memoriae traditum est, conficiamus: neque saltem, si una alterave in Platonis scriptis reprehensio occurrat, ad odii suspicionem illam continuo valere oportet. A Platone ex variis Tragoediis citantur Euripidis versus, veluti ex Hippolyto, v. 612,

Ἡ γλῶσσο' δμώμοχ', ἡ δὲ φρήν ἀνώμοτος,

spectatur Theaet. p. 154. D: *Εὐριπίδειν τι συμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρήν οὐκ ἀνέλεγκτος*. item Sympos. p. 199,

A,

Α, ἢ γλώττι· οὐκ ἔκτεχτο· ἢ δὲ Φρήν, οὐκ ἴτεσι
v. 352,

Σὺ τὰδ', οὐκ ἐμοῦ κλυεῖς,

Alcibiad. I. p. 113, C: Τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἔρα
θυμβαίνει . . . σὺ τὰδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ
ἀπήκοοναι· οὐδ' ἐγὼ εἶμι ὃ ταῦτα λέγω, ἀλλὰ σὺ.
Nobilis pōrro ex Melanippa versus,

Ὅουκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πᾶρα,

Sympros. p. 177. A: ἢ μὲν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου
ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίπην· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ
μῦθος, ἀλλὰ Φαιδρῶ τοῦδε, ὃν μέλλω λέγειν. Tuñi
locus Symp. p. 196, D. C: πρῶτον μὲν ποιητῆς ὁ
θεὸς σέφει οὕτως, ὥστε καὶ ἄλλον ποιῆσαι· πᾶς
γούν ποιητῆς γίγνεται, κἂν ἄμουσος ἢ τὸ κριν, οὐ
ἂν Ἐρωσ ἀψήται, versum refert ex Stheneboea
(cf. Valck. Diatr. Eurip. p. 207.),

Πόνητῆν δ' ἔρα

Ἐρωσ διδάσκει, κἂν ἄμουσος ἢ τὸ κριν

Quod autem Alcib. II. p. 151. C, legitur, ὡς
περ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποιήται τὸν Τειρεσίαν
ἰδὼν ἔχοντα τὰ στέφνη, καὶ ἀκούσας ἀπὸ τῶν πολε-
μιῶν ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι, διὰ τὴν τέχνην,
Ὅϊωνν ἰδέμεν, Φησί, καλλίνικα στέφνη· ἐν γὰρ κλυ-
δωνι διακείμεθα, ὥσπερ οἶσθα σὺ· οὕτω δὲ κἄν κἂν

ἰὼ σοῦ τὴν δέξαν ταύτην οἰωνὸν τίθεμαι. hoc pertinet ad Tragoediam Euripidis, nomine inscriptam, ut videtur, Oedipodis, cujus plura fragmenta retulit Valcken. in Diatr. l. c. XIX. p. 192, hoc tamen omittens. Versus in Gorgia, p. 494, E: οὐ γὰρ τοι θαυμάζοιμ' ἄν, εἰ Εὐριπίδης ἀληθῆ ἐν τοῖσδε λέγει, λέγων, Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἔστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν; non ex Phrixo, ut ait Scholiastes, sed ex Polyido deprompti sunt: cf. Schol. ad Hippol. v. 292; et Bentlej. in Epist. ad Millium, Opusc. Ph. p. 478. Insigne in eodem Dialogo, p. 484. E. sqq., fragmentum ex Antiopa superest, sermonis partem continens Amphionem inter et Zethum habiti, quorum fratrum geminorum gratia

dissiluit, donec suspecta severo
Conticuit lyra:

singulari profecto acumine constitutum a Valck. in Diatr. Eurip. c. VIII. Heindorfius ad Hipp. Maj. p. 128, observat ibi, p. 283. B, in verbis, πολλοῖς συνδρακεῖ, ὅτι τὸν σοφὸν αὐτὸν αὐτῶν μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι, Euripidis exprimi versum

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός.

In Ione Euripides dicitur Μαγνήτην vocasse lapidem, quem plerique Ἡρακλείαν appellabant: p. 533, D. Denique versum Euripidis,

Φίλων ἔρημος ὡς τάλας ἀπόλλυμαι,

cf. Ep. I. p. 310, A, videtur cogitasse Phaedon. p. 58, C, *τινες οἱ παραχρονόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἄνδρι; ἢ οὐκ εἶναι οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρημος ἐτελεύτα Φίλων.* Nec dubium est, quin multis in Platone locis sententiae atque opiniones, ab Euripide gravissimis versibus expressae, occurrant; sed de hac similitudine plerumque affirmari nequit, utrum ex imitatione Platonis, an potius ex communi Socratis institutione repetenda sit.

Verius, quam priores illi duo, Platoni odio fuisse dicatur MELITUS, turpissimus Socratis accusator, idem, ut certe ait Scholiastes ad Aristoph. Ran. v. 1337, Tragicus poeta ibi ab Aristophane memoratus. Quamquam de hoc quidem, utrum sit, quem Aristophanes v. l. citat, licet dubitare: vix enim fieri possit, ut is, a quo Euripides, Socratis fere aequalis, multa desumsit (cf. Aristoph. l. c.), idem brevi ante Socratis mortem juvenis fuerit, et cum Socrati, tum Euthyphroni ἀγνός, Euthyph. p. 2, B, quorum tamen uterque poetas Athenis florentes bene videtur novisse. Fuit certe, quod idem scripsit Scholiastes, *φυχρός ἐν τῇ ποιήσει καὶ πονηρός τὸν τρόπον*, frigidus poësi, pravus indole. Itaque, cum poemata ejus Socrates, ut videtur, non probasset, mansit alta mente repostum iudicium spretaeque poëseos injuria: quam ut ulcisceretur, ἀχθόμενος ὑπὲρ τῶν ποιητῶν, Apol. p. 23, E, accusationis negotium suscipit, et ipse in Socratem γραφὴν ἐγράψατο.

Apol. p. 19. B, Theaet. p. 210. B. Cum contemtionis significatione loquitur de eo Socrates, Euth. p. 2, B: οὐδ' αὐτὸς πάνυ τὰ γιγνώσκω τῶν ἀνδρῶν, νέος γὰρ τις μοι φαίνεται καὶ ἀγνώσ· ἄνομά· ζουσι μὲντοι αὐτὸν, ὡς ἐγώμαι, Μέλιτον. ἔστι δὲ τῶν δῆμον Πιθεύς· εἴ τιν' ἐν νῶ ἔχεις Πιθία Μάκλιτον, οἷου τεταυφίριχα, καὶ οὐ πάνυ ἐγγίνοιον, ἐπιήρῳπον δέ. Sed ab hoc pessimo et vīso et poëta libenter discedens me ad AGATHONEM conuerto, utroque nomine longe meliorem. Quamquam molli effeminatusque fuit, ut non ex Comīcorum tantum, Aristophanis maxime, sed ex Platonis etiam irrisione patet: cf. Protag. p. 315, E. Homo luxuriosus postea profectus est ad delicata tyranni Archelai convivīa (Schol. ad Arist. Ran. v. 85); ad quam Macedonicam peregrinationem forte respicitur, Conviv. p. 172, C: οὐκ οἶσθ' ἴτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν; Dicitur, Protag. p. 315, E, καλὸς τε κἀγαθὸς εἴην φύσιν· τὴν δ' ἰδέαν πάνυ καλὸς. Perspicuum est ex Symposiō, eum fuisse venustate atque elegantia prorsus singulari, ut quicumque urbani essent Athenis ac politi, Agathonis familiaritate libenter uterentur. Poëtam constat fuisse non sane mediocre, quippe qui in Tragoediarum certamine victor renunciatus est. Verumtamen erant in poësi, quae reprehendi merito possent. Nam ἰ καλλιπῆς Ἀγάθων, Aristoph. Thesmoph. v. 52, granditatis et acuminis affectatione laborabat; quae potissima est ex fragmentis ejus, item ex Aristophanis versibus, Thesmoph. v. 58 — 62,

Κάμπ·

Κάμπτει δὲ νέας ἀφίδας ἐπὺν·
 Τὰ δὲ τορσεύει· τὰ δὲ κολλομελεῖ,
 Καὶ γνωροτυπεῖ, κήντονομάζει,
 Καὶ κηροχυτεῖ, καὶ γογγυλίζει,
 Καὶ χροασθεῖ.

Itaque manifestum est Platonem ingenium et dicendi genus in oratione, qua Symp. p. 195—198, fertur usus, ad veritatem mirabiliter expressisse. Plena illa est vocum altisonarum, oppositionum omninoque ejusmodi festivitatum, quae ex Gorgiae disciplina desumptae videantur: ut conjici licet ex p. 198, BC, ubi Socrates ornatus redundantiam illam, καλὸν οὕτω καὶ παντοδαπὸν λόγον, videlicet laudans addit, καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμαστά· τὰ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; καὶ γὰρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμησεν. ὥστε ἄτεχνῶς τὸ τοῦ Ὀμήρου ἐπεπείθειν: Ἰφραβούμην μὴ μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἑμὸν λόγον πέμψας, αὐτὸν με λίθου τῆ ἀφονία ποιήσει. Comoedias Agathonem scripsisse, opinio est ex errore Scholiastae ad Aristoph. Ran. v. 84, orta, sed a Bentlejo Opusc. Phil. p. 63, item a Wolfio in Ed. Symp. p. 45, refutata cum aliis argumentis, tum loco Sympos. p. 223, D: Ἰφραπροσαναγκάζειν τὸν Σωκράτη ὁμολογεῖν Ἀγάθωνα καὶ Ἀριστοφάνην, τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίων καὶ τραγῳδίων ἐπίστασθαι ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνην τραγῳδοποιεῖν καὶ κωμικοποιεῖν εἶναι. Neque enim magnopere Socrati repugnasset

γονοι δὲ, οἶμαι, τινὲς Ὀμηρίδαι ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐκῶν
 δύο ἔπη εἰς τὸν Ἔρωτα, ὃν τὸ ἕτερον πάλιν ὑβριστι-
 κὸν καὶ οὐ σφόδρα τι ἐμμετρον. Ἐμνοῦσι δὲ ὧδε·

Τὸν δ' ἦτοι θεοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν,
 Ἄθανάτοι δὲ Πτέρωτα, διὰ πτεροφύτον ἀνάγκην.

Sic enim ex Stobaeo pro *πτερόφοιτον* scribendum
 puto, Heindorfium (ed. Phaedr. p. 268) et Bek-
 kerum secutus. Quamquam Astius in Vers. 1. p.
 222. sq. veterem lectionem tueri conatur. Mihi
 quidem videtur, hac non expulsa, omnis opposi-
 tionis vis jocique elegantia perire. Neque enim
 hic quidem Amore opus est *circumvolanti*, multo
 minus, ut Astius statuit, *vulginago*. Tum enim
 Dii, quod ipsum *l. c.* negatur, eundem sibi ac
 homines Amorem, nomine paulum diversa, infor-
 mavissent. Atqui oppositio haec est, homines qui-
 dem alatum, *ποτηνόν*, eum vocare, Deos vero non
 alatum ipsum, nec *ποτηνόν*, nec *πτερόφοιτον*, sed
 alas in amantium animis nasci facientem, Πτέρωτα
 διὰ πτεροφύτον ἀνάγκην. Qua antithesi loci ser-
 vatur venustas, ut sermonis, quo Dii utuntur, auc-
 toritate opinio paulo ante expressa comprobari
 dicatur, δεξάμενος τοῦ κάλλους τὴν ἀποβροχὴν διὰ
 τῶν ὀμμάτων ἰβερμάνθη, ἢ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδε-
 ται ὅταν δὲ χωρὶς γένηται τοῦ κάλλους καὶ
 αὐχμῆσιν, τὰ τῶν διεξόδων στόματα, ἢ τὸ πτερόν ὄρ-
 μῃ συκαυαίνόμενα, μύσαντα ἀποκλείει τὴν βλάστην
 τοῦ πτεροῦ: p. 251. B. D. Neque irrisionem

Homeridarum, ut facit Ast. de Vita l. l., agnosco in eo, quod impius versus afferatur. Versus enim ἄβριτταός, qui non secundus, sed prior est (cf. Heindorf. l. l.), si quid impii continet, certe impium istud non probatur ab Homeridis, sed reprehenditur. Alio etiam loco Homeridae memorantur; nimirum Ion. p. 530, D, ubi Ion praedicat se Homērum tam bene κροσσημέναι, ὅσπερ, οἶμαι, inquit, ἐπὶ Ὀμηρίδων ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανηθῆναι. Attamen bonus ille Ion Ephesinus, quamvis recitationis praemium tulerit Epidauri, sua videtur potius, quam opinione Platonis accessisse ad laudem METRΘDORI Lampsaceni; STREPSIMBROTI Thasii, GLAUCONIS denique, ut videtur; Teji, nisi pro Γλαύκων legendam est Γλαῦκος; cf. Wolf. Prol. ad Hom. p. 162. Hi enim, cum conarentur poëtae carmina ad doctrinam suae aetatis physicam et moralem nimis fortasse subtiliter, at subtiliter tamen, accommodare, non sane referendi sunt ad rhapsodos τὰ μὲν ἔπη ἀκριβοῦντας, αὐτοὺς δὲ πάνυ ἡλιθίους ὄντας], Xen. Memor. IV. 2. §. 10, quorum numero vereor ut Ion excipi posset. Hac opportunitate, ut ad poëtas quintae classis veniatur, non plane omittendus est ΤΥΝΝΙΧΟΣ ὁ Καλκιδεύς, δεῖ ἄλλο-μὲν οὐδὲν ὥσπερ ἐποίησε ποιήματα, ὅτου τις ἐν ἀξιώσει μνησθῆναι, τὸν δὲ Παλαιὰ, ἐν πάντες ἄδουσι, σχεδόν τι πάντων μελῶν κάλλιστον, ἀτεχνῶς, ἕσπερ αὐτὸς λέγει, εἶρημα τι Μουσῶν" Ion. p. 534, D. Item memorandus ΕΥΤΗΥΡΗΘΩΝ, qui sibi vates

Nil

Nil parvum aut humili modo

Nil mortale loqui,

caeteris videbatur inepti viri ac prope insani verba effutire: ἔταυ, inquit, τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θείων, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελαῖσιν ὡς μαινομένου. Euth. p. 3, BC. Porro scientiam professus rerum Divinarum eo processit impietatis, ut exigua de causa litem capitis inferret parenti: cf. ibid. p. 4. Dubium vix est, quin sit idem, qui in Cratylo occurrit Προκαλτίου filius, cuiusque in Homero explicando argutiae notantur. Videtur cum alia protulisse inepta, tum ridiculum in Deorum appellationibus interpretandis studium posuisse. Plato igitur, cum nimiam multorum in vocibus deducendis curiositatem festive in Cratylo imitaretur, ad Euthyphronem potissimum provocavit. Veluti p. 396, CD, cum Hermogenes dixisset, ἀτεχνῶς γέ μοι δοκεῖς ὡσπερ οἱ ἐνθουσιῶντες ἐξαίφνης χρησιμεύειν, Socrates, καὶ αἰτιῶμαι γὰρ, inquit, μάλιστα τὴν σοφίαν ταύτην ἀπὸ Εὐθύφρονος τοῦ Προκαλτίου προσπεπτικέναι μοι. Ἔωθεν γὰρ πολλὰ αὐτῷ ξυνηὶ καὶ παρεῖχον τὰ ὄντα κινδυνεύει οὐκ ἐνθουσιῶν οὐ μόνον τὰ ὄντα μου ἐμπλήσασθαι τῆς δαιμονίας σοφίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιλήφθαι. Item p. 399, A, τῇ τοῦ Εὐθύφρονος ἐπιπνοίᾳ πιστεύεις, ὡς ἴσικας. p. 399, E, p. 408, A, περὶ δὲ ἄλλων εἰ τῶν βούλει, πρόβαλλέ μοι, ἕρφα ἴδουαι, οἷοι Εὐθύφρονος ἴπτοι. 409. D: cf. Ast de Vita, p. 271. sq. Ex jocosa Platonis imitatione in hoc Dialogo, item in Theaeteto, tum in Alcibiade II.

erat utendum magna, cum a tenuissimorum certe auribus migrasset voluptas

Omnis ad incertos oculos et gaudia vana;

quorsum fortasse pertinent loca Rep. III, p. 396, B, p. 397, A. Caeteroquin laudabat si ad seriâ docenda ridicula adhiberentur: *ἀνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα μαθεῖν οὐ δυνατόν*. Leg. VII. p. 817. Nec est cur dubitetur, quin ratio qua Comici jocorum integumento Atheniensium notationem involvere solebant, admodum placuerit ipsi. Etenim hac in re conveniebat iis cum Platone popularium reprehensore, si quis unquam, acri simul et festivo; conveniebat item in scribendi forma: sed Comici Dialogos populo scribentes tractabant popularia, et ad humilia abjectaque quaevis interdum delabebantur: *πρὸς γὰρ τὴν τῶν κριτῶν ἡδονὴν ποιοῦσιν, ἔβσαν Φαῦλην ὥστε αὐτοὶ αὐτοὺς οἱ θεαταὶ παιδεύουσι*. Leg. II. p. 659, BC: cum Plato, conficiens philosophis veluti fabellas, altius evolare et ab omni labe orationem castam servare posset et integram. Sane *Dialogus Platonis habet fere justae magnitudinem dramaticae, partes, descriptionem, ingressum, progressum, digressiones, exitum: habet interrogandi, respondendique vices ita probabiles, ut ex ipsa humana natura expressae videantur, nil de industria quaesitum appareat: habet sensum affectumque, jocandi viam urbanam, venustam, verecundam:* Wyttenb. Ep. ad Heusdium, Opusc. II. p. 21. sq. Quamobrem credibile est eum, quo magis Dia-

logos ipse suos ad verisimilitudinem diceret et communis vitae speciem formare, et, quod Comœdia maximum habet oneris, loquentium tutari partes, hanc igitur ob causam et mimosum scriptorem Sophronem, et qui Athenis sua ætate florebant, Comicos, in primis etiam ARISTOPHANEM diligenter lectissasse. Hujus imitationem Astius, de Vita, p. 195, agnoscit in Phædæo ex Avibus petitam. Putat enim in vocibus *πτεροβῆναι, ἀναπτέροῦσθαι, ἐχαιρεσθαι*, quæ de alato animo usurpantur, p. 246. sqq., ante oculos habuisse illius Comœdiæ versus 106, 433, 1438, sqq. 1448, sqq. Quod etiamsi cui dubium videri possit, Platonis in Aristophanem studii habemus tæstem luculentum Olympiodorum in Vita ejus: *Ἐχαιρε δὲ πάντῃ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρονι· παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαιρεῖν, ὥστε καὶ, ἤνικα ἐτελεύτησεν, εὐρεθῆναι ἐν τῇ κλίμῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην καὶ Σώφρονα· καὶ Ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκε·*

*Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὲν πεσεῖται,
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὖρον Ἀριστοφάνους.*

Ἐκωμώδησε δὲ αὐτὸν ἐν τῷ Συμπόσιῳ τῷ διαλόγῳ, ὡς κωμῶδιαν ὠφελήθει· καὶ γὰρ ποιήσας αὐτὸν ὑμνοῦντα τὸν Ἔρωτα, εἰσάγει αὐτὸς μεταξὺ λυγρῶν περιπεσόντα, καὶ μὴ δυνάμενον πληρῶσαι τὸν ὕμνον. In hoc labitur memoria, quod Aristophanem in medio sermone faciat singultientem, cui, antea-
quanti

quam dicere coepisset, miser iste singultus super-
venisse narratur: Symp. p. 185, C. Cum Aristophane, magno in paucis poeta, et civi, ut videtur, optimo, quem ridentem Atheniensibus saepe vera et non jucunda auditu monuisse constat, Platoni simultatis aliquid intercessisse nemo, si nulla gravior subesset conjiciendi causa, ex Symposiō suspicatus esset. Nam sermo, qui adscribitur ipsi, p. 189 — 194, nullam odii habet significacionem, verum continet nil praeter ea, quae, etiamsi alii minus decora fuissent, Aristophanis certe personam non dedecebant, ut sine causa *περὶ τῶν μελόντων ῥηθῆσθαι* metuerit, ut ait ipse, *οὔτι μὴ γελοῖα εἶπω (τοῦτο μὲν γὰρ ἂν κέρδος εἴη, καὶ τῆς ἡμετέρας Μούσης ἐπιχώριον) ἀλλὰ μὴ καταγέλαστα*. p. 189, B. Tum *λύξ ἐπιπεττωκυῖα* non videtur Aristophanis intemperantiam, ut arbitratur Aristides, Orat. Platon. II. p. 287. notare. Verisimilius existimat Wolf. In Ed. Symp. p. 36, ridiculum tribui ridiculo: majori etiam probabilitate Astius, in Vers. p. 299, putat in verbis, *ἢ ὑπὸ πλεσμονῆς ἢ ὑπὸ τίνος ἀλλου*, orationem Pausaniae bene longam irrideri: frequenti etiam indicante verbi *παύειν* repetitione; *παῦσαι με τῆς λυγῆς — ἕως παύσωμαι .. ἐπειδὴν παύσῃ .. ἐβέλη παύεσθαι ἢ λύξ .. παύσεται*, p. 185, D, praesertim cum talem iusum vocabulorum nunciant forte verba: *Παυσανίου δὲ παυσάμενου διδάσκουσι γὰρ μεῖσα λέγειν οὕτως οἱ σόφοι*. *ibid.* C. Accedit, quod hoc optime conveniat in Aristophanem, qui paulo post etiam Eryximachi orationem leviter perstringit: p. 189, A-C, cf. Wolf.

esset in urbe, hunc unum maxime aptum, in quo rideret universos. Itaque Socrates exemplo comprobavit, quod dixisse fertur, Sophist. p. 216, CD, τὸ τῶν Φιλοσόφων γένος κινδυνεύει οὐ πολὺ τι βῆρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἶναι διακρίνῃν, ἢ τὸ τοῦ θεοῦ. Πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἄγνοιαν ἐπιστροφῶσι πόλιν, οἱ μὴ πλάστῶς, ἀλλ' ὅπως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὑφ' ἑαυτῶν τὸν τῶν κἀτω βίον. καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός· καὶ τοτὲ μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, τοτὲ δὲ σοφισταί, τοτὲ δ' ἔστιν οἷς δόξαν παράσχονται ἂν ὡς παντάπασιν ἔχοντες μακρῶς. Quamquam ne hoc quidem ausim, si cui videatur, prorsus negare, Socratem in juventute ab opinionibus Sophistarum non nimis abhorruisse. Exstant certe hujus rei vestigia, v. c. Phaedon. p. 96, A: ἐγὼ νέος ἂν θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. Sed sive hoc quis putet, sive Aristophanem, qualis Socrates esset, parum novisse; certe non odio habuit, verum potius dilexit, opinor, Socratem, posteaquam, qui germanus ab ipso Sophista inductus esset, hunc Sophistarum cognovisset exagitatore acerrimum. Depingitur in Nubibus, v. 92. sqq.

Ψυχὴν σοφῶν τούτ' ἐστὶ φροντιστήριον.
 Ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἱ τὸν οὐρανὸν
 λέγοντες ἀνακείθουσιν, ὡς ἐστὶ πνιγεὺς;
 Κἔστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος· ἡμεῖς δ' ἀνθρακες;

Z

οὐδ'

ὄδοι διδασκούς, ἀγγέλιον ἢν τις δίδῃ.
 Δίγωνα μὲν καὶ ἄλλα κέδνα.

quibus versibus tria reprehenduntur: rerum
 physicarum studia, quae Socrates neglexit;
 mercedis accipiendae consuetudo, quam mag-
 nopere vituperavit; eloquentiae abusus, quem
 perstrinxit gravissime: ita ut ea Socrati ob-
 jiciantur maxime, a quibus maxime fuit alie-
 nus. Et vero haec opinio, Aristophanem pullo
 ductum peculiari in Socratem odio cum in Nu-
 hibibus induxisse, non recentiorum modo calculis
 comprobatur (cf. Wolf. in Ed. Symp. in Praef.
 p. 49, sqq.; Ast. de Vita. p. 317; Vir. eruditissi-
 mus in Diario, quod ternis quibusque mensibus
 Londini prodit, *Quarterly Review*, n. 42, Sept.
 1819, p. 271, sqq. ibique citatus F. Schlegelius,
 p. 273), sed idem jam antiqui judicaverunt, op-
 taeque pretium fecit Scholiastes ad Aristoph. Nu-
 bes v. 96, qui, cum monuisset easdem quae ab
 Aristophane Socrati, partim a Cratete Hippo-
 si jam objecta fuisse, ita pergit: ἀφ' οὗ στοιχαζόμενοι
 πᾶσι φασιν, ὅτι μηδεμίαν ἐχθρὰν ἔχον Ἀριστοφάνη
 οὐκ ἔστι ἐπὶ τῶν τῶν Νεφελῶν κωμῶν, ὅτι οὐ μᾶλλον
 ἴδιόν τι, μήτε ἀρροττον, ἀλλὰ μὴδὲ πρὸς ἢν ἐγκλίμα
 ἦλθε Σωκράτους· δύο γὰρ κατ' αὐτοῦ ταῦτα πρὸς
 ἐγκλίματα, τὸ περὶ οὐρανοῦ καὶ ἐπὶ πνεύματος· καὶ
 ὡς ἰκανὸς ἐστὶ τὸν ἕτερον λόγον διδόναι, καὶ τὸν
 κρείττονα· τὰ μὲν κωμῶν τῶν Φιλοσόφου ἀπάντων
 ἐπήγχευ ἐγκλίμα· φαίμεθα δὲ καὶ ἐπὶ πάντων ἰ-
 ἴστων κωμωδῆθαι φάσεις. τὸ δὲ τῶν ἐγκλιμάτων,
 οὐ

αὐτὸ τῆ συνέλευσιν ἐπιτιμοῦ φιλοσοφίᾳ. οὐ γὰρ τοῦτο ἐπαγγέλλονται οἱ Φιλόσοφοι, δευδοῦς κινήσειν λίγαν· ἴδιον δὲ τὸ τοιοῦτο μᾶλλον τῆς βητορικῆς· ὡς ἐκ' ἀμφοτέρους τὸν Φιλόσοφον καθαρεύειν. οἱ δ' ὅτι ὀλέκλῃ κληροῦ εἰς αὐτὸν συνέταξε δρᾶμα, καὶ δι' ἔχθραν νομίζουσιν αὐτὸν πεποιθέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴονται· tum ad v. 98, καὶ τοῦτο ψεύδος διαβολῆς χάριν· οὐδεὶς γὰρ μισθὸν ἐπέλει Σωκράτει. Unus in Platone locus, nempe in Apologia obstat, ubi Aristophanes occurrat in iis, quorum voces jam olim persuasissent pessimum Socratem esse; ut defensionis spatio brevi haec longi temporis opinio satis refutari non posset. Designatur enim p. 18, C, ὅ δὲ πάντων ἀλογώτατον, ὅτι αὐτὸν τὰ ὄνματα οἶόν τε αὐτῶν εἶδέναι καὶ εἰπεῖν· πλὴν εἴτις κωμωδιοποιὸς τυγχάνει ἄν, ut ex p. 19, C, manifestum est: ἰσχυρᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτην τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσκοντά τε ἀροβατεῖν, καὶ ἑλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦνταί ἄν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πέρι ἐπαῖω Profecto equidem non video, qua tandem ratione haec expediri possint, nec cur Socrates nugis istis studere se neget apud iudices, qui et bene sciebant alienum eum esse ab ipsis, et etiamsi non alienum putassent, tamen propter illas certe eum supplicio nunquam mactavissent: vesum minor rationem, qua de Aristophane Socrates ibi fertur locutus, non additam esse ab Astio argumentis, quibus Apologiam Platoni abjudicavit. Quidquid autem de hoc loco statuendum videatur, certè non ejus ponderis est, ut rationes supra allatas evertat. Obser-

vatis hoc etiam addi potest, nihil odii ne in caeteros quidem Comicos deprehendi, a quibus Socrates, ut quivis Athenis excellens, petitus est. Quamquam, si Aristophanes paulo acriori sale dicitur usus, tum Amipsiae profecto

jam saevus apertam

In rabiem verti coepit jocus :

ut patet ex Diog. Laert. II. 28 ; Eupolidis item, Olympiodoro teste de Socrate scribentis,

Τί δήτ' ἐκαί τιν' ἀδολεσχὴν πτωχὸν εἶσθ' ;
 Ὅς τ' ἄλλα μὲν πεφρόντιχ' ὄθεν φαγεῖν δ' ἔχοι
 Τοῦτου κατημέλικε *

cf. Wyttenb. ad Phaedon. p. 176. Quare Scho-liastes ad Aristoph. Nubés. v. 96, verisimile monet : Εὐπολις, εἰ καὶ δι' ὀλίγων ἐμνήσθη Σωκράτους, μᾶλλον ἢ Ἀριστοφάνης ἐν ἔλαις ταῖς Νεφέλαις αὐτοῦ καθήψατο. Olympiodorus probabiliter existimat Eupolidem respici in Phaedone, p. 70. Β : οὐκ οὖν γ' ἂν, οἶμαι, ἢ δ' δε δ Σωκράτης, εἰπεῖν τινα νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ κωμφοποιὸς εἶη, ὡς ἀδολεσχᾷ καὶ οὐ περὶ προσηκόντων τὰς λόγους ποιῶμαι. Eupolidis nobile dictum, quo Periclis celebravit facundiam,

μόνος τῶν δητέρων

Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀπρομύνοις *

Plato in [Phaedone expressit, p. 91, C, ἐὰν μὲν τε
 ὑμῖν δοκῶ λέγειν ἀληθές, ξυνομολογήσατε· εἰ δὲ μὴ,
 παντὶ λόγῳ ἀντιτίθεντε, εὐλαβούμενοι ὅπως μὴ ἐγὼ
 ὑπὸ προθυμίας ἄμα ἑαυτὸν τε καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας
 ὥσπερ μέλιτι τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι. —
 De PHERECRATE non accepimus eum in scenam
 Socratem produxisse; cujus fabula, Ἄγριοι in-
 scripta, memoratur Protag. p. 327, D, ubi Pro-
 tagoras Socratem objurgat, quod hominum vitia
 tantopere increpet: *nam qui tibi injustissimus, in-*
quit, videtur, justissimus videretur profecto, εἰ
ἴδοι αὐτὸν κρινεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, οἷς μήτε παιδεία
ἔστι, μήτε δικαστήρια, μήτε νόμοι, μηδὲ ἀνάγκη μηδε-
μία, διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμαλίσθαι,
ἀλλ' εἰεν ἄγριοι τινες, οἷοίπερ οὐκ ἐπίρσει Φερεκράτης ὁ
πονητῆς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. Ἡ σφῖδρα ἐν τοῖς τοι-
ούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ
μισεάνθρωποι, ἀγαπήσας ἀνεῖ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ
Φρυγῶνδῳ, καὶ ἀνελοφύραι' ἂν ποδῶν τὴν τῶν ἐνθάδε
ἀνθρώπων πονηρίαν. Ibi Heinrichius in Commenta-
 tione, quae inscribitur *Demonstratio et restitutio*
loci corrupti e Platonis Protagora, pro *μισεάνθρωποι*
 corrigi jussit *ἡμιάνθρωποι*, ut Centauri intelligen-
 tur, quorum fuisse magnae videntur in hac fabula
 partes: sed si Vir. Clar. non aliis utitur argumentis
 praeter ea, quae a Beckio in plagula, praemissa
 tom. II. editionis Platonis typis Tauchnitzii edi-
 tae, referuntur, iis arbitror Heindorfii rationes, ad
 Protag. p. 529, allatas, adeo non everti, ut ne
 labefactari quidem videantur. Hic enim ex Plato-
 nis loco probabiliter disputat chorum fabulae Phe-

recreateae existisse ex hominibus, qui cum antea Socratis instar, popularium suorum vitis magno opere doluissent, mox, cum in pejora incidissent, profiterentur satis se habituros, si EURYBATI et PHRYNODAE, pessimorum hominum congressu liceret uti, priorumque coetum perquam flebiliter desiderarent, Sanequam dubi Centauros, si pessimos homines offendissent, limentis se lacrymisque, id quod ex Heiricli emendatione sequeretur, dedituros fuisse: hoc magis convenit in hominum osoros illos, ferum hiutumque genus se circumstare videntes. Omni profecto sunt aperta: ἄγριοι erant Centauri: chorum autem minime Centauri efficiebant, sed ἀνθρώποι Centauros istos metuentes. Itaque videtur ne minima quidem esse causa, cur in tam perspicuo loco emendatio suaderi possit.

Quoniam Philosophis multa inerant, quae inepta vulgi reprehensionem et risum excitare possent non mirum si Comici libenter involarint in haec iocorum veluti campum. Vocabantur ab iis μετεωροφάνεσσι Aristoph. Nub. v. 332, μετεωροσοφισταί, v. 359, ἀδολεσχαί. ib. v. 1447. Hinc Plato non sine consilio voces easdem similesve saepius ipse de philosophis usurpat (veluti Cratyl. p. 401. B, κινδυνεδοί γούν οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐ Φαῦλά εἶναι, ἀλλὰ μετεωρολόγοι τινεὶ καὶ ἀδολεσχαί. ibiq. Heindorf. p. 62), nimirum indicans jam honorificum esse vocabulorum abusu habenda, quae data in decus fuissent. Hinc etiam obscurum non est loca spectari Comitorum Rep. X, p. 607, BC, π

λαϊὰ μὲν τις διαφορά φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ
 γὰρ ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπότην κύων ἐκείνη κραυγέ-
 ζουσα· καὶ μέγας ἐν ἄφρονων πενταγύραιοι· καὶ ὁ
 τῶν διὰ σοφῶν ὄχλος κρατῶν· καὶ οἱ λεπτῶς μεριμ-
 νῶντες, ὅτι ἄρα κένονται· καὶ ἄλλα μύρια, σημεῖα
 παλαιᾶς ἐναντιώσεως τούτων. Verum, quidquid tra-
 datur ibi de veteri philosophiam inter et poëtam dis-
 sensu, Plato certe nullos Comicos peculiari odio
 prosecutus, sed contra videtur eorum, quippe ele-
 gantium venustorumque hominum, ut scriptis, ita
 etiam sermonibus et familiaritate libenter usus
 fuisse,



promptu Lampri nomen in Agathoclis proxime antecessoris similitudinem facillime abire potuisse. Neque sic magis obstat, quam si vulgata lectio retineatur, quod non Lampri, sed ipsius Agathoclis discipulus DAMON dicitur Lachet. p. 180, D. Imo id plane non obstat. Nam, ut omittam Damonem non necessario unius disciplinae adstrictum fuisse, Veteres in ejusmodi successionebus referendis saepissime discrepant. Quod Scholiastes narrat PYTHOCLIDEM philosophiae non expertem, atque AGATHOCLEM, hac etiam in re magistro similem fuisse, facile credo, et confirmatur in eisdem Protog. p. 316. Et μουσική: Ἀγαθοκλῆς τε ὁ ἀμείτερος πρόχρημα ἐποίησεν, μέγας δὲ σοφιστής, καὶ Πυθαγορείης ἑκείνος, (καὶ ἄλλοι πολλοί. Quo ex loco sua duxit Platarchus, cum indicaret, cujusmodi necessitudinis fuisset, quae Pericli, ut cum Pythoclide antea iam deinde cum Damone, Alcibi. I. p. 118, intercessisse, ferebatur: ὁ Δάμων ἕκων, ἄκρος δὲ σοφιστής, καταδύσθαι μὲν εἰς τὴν μουσικὴν ὄνομα πρὸς τοῦτο πολλοὺς ἐκικρυπτόμενος τὴν δεινότητα τὴν δὲ Περικλεῖ σοφῆν, καθύπερ ἀλλοτῆ τῶν πολιτικῶν ἀλλοτρητῆ καὶ δεινότητος. Οὐ μὲν ἔλαβεν ὁ Δάμων τῆς αὐτῆς ἀρακτικῆς μελέτης χάριτος. Pericli c. 1. Arhitrōs Plutarchum ibi scripsisse non παρακαλέματι, sed προκαλέματι Praepositio πρὸς, non σαφῆς, ad id requiritur significandum, quo ante proposito titi sedeamus, πρόβλημα quoddam, si πρόχρημα, quae vox in Platonis loco, unde Platarchi verba adumbrata sunt, bis occurrit; primum de Agathocle, μουσικὴν πρόχρημα ἐποίησεν tu

enim paulo antea, φοβουμένης τὸ ἐπαχθεῖν αὐ-
 τῆς πρὸς ἡμᾶς κωλύσθαι, ubi quae continuo se-
 quuntur, emendationem persuadent, si quidem
 veteres illi non παρακαλύπτεσθαι dicantur τοῦ
 μὲν ποιῆσαι . . . τοὺς δὲ αὖτε λαοὺς, νεωτέρων
 πολλώτεσθαι. Damon, ἀνδρῶν χαριέντατος· οὐκ ἴσ-
 κων πῆρ μουσικῆν, ἀλλὰ καὶ τῆλ' ἅπαντα βούλει
 εἶρος συνδιατρίβειν νεανίσκοις, Læchet. p. 180, D,
 nullam artem, qua liberalis institutio censeretur,
 ignorasse, et tum Prodicus, ib. p. 197, D, tum
 alii, qui sapientes haberentur, multum videtur
 usus fuisse. Ejus sagacitas, in libris de Republi-
 ca maxime, laudibus ornatur. Perspiciebat artem
 suam, perinde, utcumque adhiberetur, ita ad mo-
 res aut emendandos aut corrumpendos immensum
 quid valere; atque existimabat, si quid innovatum
 in Musicis esset, mox innovatum ibi in re publi-
 ca: οὐδαμοῦ γὰρ κινουμένη μουσικῆς τρῶπος ὄντων παλαι-
 οτάτων νόμων τῶν μεγίστων, ὡς Φησὶ τε Δάμων καὶ
 ἔγὼ κείσθαι · Rep. IV, p. 424, C. Itaque Socrates
 Rep. III. p. 400, A — C. hunc se dicit adiuturum,
 ut discat ποῖα ἔσονται βίου μνημάτα· ταῦτα καὶ
 μετὰ Δάμωνος βουλευσόμεθα, τίνες τε ἀνελευθερίως
 καὶ ὕβρως, ἢ μανίας καὶ ἑλλης κακίας πρέπουσαι
 βλάσεις· καὶ τίνες τοῖς ἐναντίοις ληπτέον ῥυθμούς· τὴν
 intima artis attingens sic pergit: οἶμαι δὲ γὰρ ἀπὸ
 κοίτης οὐ σαφῶς ἐνδελίον τε τινὰ ἀνομάζοντος αὐτοῦ
 εὐνήτητον καὶ δάκτυλον, καὶ ἠρώδην γὰρ, οὐκ οἶδα ὅπως
 διακοσμοῦντος, καὶ Ἰσον ἄνω καὶ κάτω τῖθέντος, εἰς
 βραχὺ τε καὶ μακρὸν γινόμενον· καὶ ὡς ἐγφῶμαι, Γαμ-
 βον, καὶ τιν' ἄλλον, τροχαιοῦ ἀνδραγαζοῦ· μήτηρ δὲ καὶ
 βρα-

βραχυτέρας προῆπτε· καὶ τούτων τισὶν οἶμαι τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἤττον ψέγειν τε καὶ ἐπαινεῖν, ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτοῦς, ἧτοι ξυναμφότερον πρ. οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω λέγειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅσπερ εἶπον, εἰς Δάμωνα ἀναβεβλήσθω. διαλέσθαι γὰρ, οὐ σμικροῦ λόγου. *Dubium igitur non est, Damonem, cum virtutem Musices ope in eorum, qui audituri essent, animos instillare et infundere vellet, neque ὄργανα ὅσα πολύχορδα καὶ πολυαρμονία, neque ἀρμονίας βρήνυδαις καὶ μαλακαῖς, neque ποικίλους καὶ παντοδαπὰς βάσεις; at, una cum Platone, ib. p. 399, simplicitatem in arte probavisse. — Nullum indicium est, cur ad tantam viri sapientiam ORTHAGORAN Thebanum, quamvis tibia canendi peritum, cf. Protag. p. 318. C, accessisse putemus: contra totum hoc, tibia canere, cum Damonis praeceptis non optime conveniebat: quod cum πολυχχορδότητον esset, Plato in civitatem se suam admitti velle negavit. Longissime autem absuit ab ejusdem prudentia CINESIAS. Hunc enim perspicuum est non Pherocrati tantum (cf. Heindorf. ad Gorg. p. 189), verum etiam Platoni Musicam corumpere visum esse, certe de moribus emendandis ne per somnium quidem cogitasse: Τί δέ; ἢ τῶν χορῶν διδασκαλία, καὶ ἢ τῶν διθυράμβων ποιήσις, οὐ τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν καταφαίνεται; ἢ ἢ γῆ τι φροντίζειν κινήσας τὸν μέλητος, ὅπως ἐρεῖ τι τοιοῦτον, ὅθεν ἂν οἱ ἀκαίοντες βελτίους γίγνοιτο; ἢ ὅ, τι μέλλει χαρισθῆναι τῷ ἀρχαίῳ τῶν θεατῶν; Gorg. p. 501. E. Quamquam vitiosius, etiam pater illius ΜΕΛΕΣ, qui ne ipsam qui-*

quidem illud quod spectabat, ut delēctationem afferret, consequi potuerit: *Τί δὲ ὁ πατήρ αὐτοῦ Μέλης, ἢ πρὸς τὸ βέλτιστον βλέπων ἔδωκε σοι κωμωδεῖν ἢ ἁκείνος μὲν οὐδὲ πρὸς τὸ ἥδιστον; ἡνία γὰρ ἔδωκε τοὺς θεατάς·* ib. p. 502, A.

A Musicorum studiis ad studia finitima veniamus, Picturam dico et fingendi artem: ut eam illam, ita et ipsas pulchritudine censi oportet. Harum artium operibus nobilitati sunt, picturae ZEUXIPPUS Heracleota, Protag. p. 318. B, Heindorf. ad Protag. p. 495, atque ARISTOPHON, Gorg. p. 488. B: statuariae PHIDIAS Atheniensis ille, Protag. p. 311. C. Menon. p. 91. D, Hipp. M. p. 290. A, LEOCHARES, Epist. XI, p. 361, A, et POLYCLETUS Argivus; Protag. l. 1. et p. 328. C. POLYGNOTUS autem, qui frater fuit Aristophontis paternamque AGLAOPHONTIS Thasii famam videtur superasse (Gorg. p. 448. B, ibique Schol. Ion. p. 532. E, 533. A), calluit utramque, et *σαπο*, et

liquidis ille coloribus

Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Hos Plato volebat omnes, Musicos, pictores, statuarios, caeteros item artifices, pulcherrimi cuiusque imitationi ita studere, ut meminissent nil esse revera pulcrum, nisi cum bono tam arcte coniunctum, ut non pulcri tantum in eo, sed pulcri bonique, *καλοκαγαθίας*, imago cerneretur. Itaque praedicavit, Rep. III. p. 401, BC, non solis poëtis *τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἕθους* servandam esse,

νεγικη καὶ τῆς ἑλλοις δημιουργοῖς ἐπισημασθέν, καὶ διακαλυπτόν τὸ κακὸς τοῦτο, καὶ ἀδύνατον, καὶ ἀνελεύθερον, καὶ ἀσχημον, μήτε ἐν εἰκοσι ζῶν, μήτε ἐν οὐκοδομήμασι, μήτε ἐν ἄλλῃ μηδὲν δημιουργούμενῳ ἐμποιοῖν . . . ἵνα μὴ ἐν κενῆς εἰδοσι τρεφόμενοι . . . ὥσπερ ἐν κενῇ βοτάνῃ, πολλὰ ἐκαστὴ ἡμέρας κατὰ σμικρὸν ἀπὸ πολλῶν δρεπόμενοι τε καὶ νεμόμενοι, ἐν τι ξυριστάντες λαμβάνωσι κερδὸν μέγιστον ἐν τῇ αὐτῶν ψυχῇ. ἀλλ' ἐκείνους ζητητέον τοὺς δημιουργοὺς, τοὺς εὐφυῶς δυναμένους ἰχθυεῖν τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ εὐσχήμου φύσιν. ἵν' ὥσπερ ἐν ὕδατι τοπῆ ἀποῦντες οἱ νεοὶ ἀφελῶνται ἀπὸ παντός, ὅπως ἐν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν καλῶν ἔργων ἢ πρὸς ὄψιν ἢ πρὸς ἀποψιν τι προσβάλλῃ, ὥσπερ ἀθρα φέρουσα ἀπὸ χρηστῶν τόπων ὑψίλειαν, καὶ εὐθὺς ἐκ παίδων λαμβάνει εὐμειότητα τε καὶ φιλίαν καὶ συμφωσίαν τῷ καλῷ λόγῳ ἔχουσα.

Sed neque severiora omitti oportet, Aristhmetesen Geometriamve, quarum scientiam THEOPHRASTUS Cyrenaicus, ὁ γεωμέτρης, Theaet. p. 143 B. C, profitebatur. Erat maxime γεωμετρικόν τι ἐπισημασθέν καὶ λογιστικόν τε καὶ μουσικόν, καὶ ὅσα παιδείας ἔχεται. ib. p. 145. A. Si nequam peritia et acumen excelluit, qui tribus in Dialogis inducitur iisque gravissimas disquisitiones continentibus, Theaeteto, Sophista, Politico quamobrem ne id quidem, quod Diogenes, III, enarrat, probabilitate caret; eum Cyrenis a Platone auditum fuisse. In disputando, utpote ἀθήνης τοιαύτη διαλέκτου, Theaet. p. 146. B, et ἐκ τῶν φιλοῦν λόγων πρὸς τὴν γεωμετρίαν ἀπονεύσας, p. 145. A, pauli
of

obtusior videbatur: quare audiendi magis partes ipsi, quam disserendi tribuuntur. Attamen non ignorabat ea, quae ipsius aetate nova in philosophiae studiis proponebantur: imo Protagorae opiniones probasse constat ex Theaeteto, ubi earum, mortuo patre, tutor, *ἐπίτροπος*, est, p. 164, E, easque, cum disputationis particeps, invitus et multa reluctans, factus tamen esset, frustra defendere conatur: p. 169, sqq. Quamvis nihil in ipsum acerbe dicatur, tamen ea, quae de fugientibus reipublicae lucem hominumque consuetudinem p. 162, sqq. leguntur, consideranti suspicio oboriatur Theodorum studiis defixum ab hominum commercio se, ita segregavisse, ut animus, nisi contumaciam arrogantiamque, at nimis severi tamen aliquid et prope morosi contraxisse videretur. Saltem *καί* *ζεν* non erat *τρόπος Θεοδώρου* p. 145, E. Id autem utcumque est, certe doctrinas, quarum disciplina florebat, Plato eximiis laudibus extulit, cum aliis saepe locis, tum Rep. VII. p. 527, D, E, *ἐν τρίτοις τοῖς μαθήμασιν ἐκάττοις ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεται τε καὶ ἀναζωπυρεῖται, ἀπολλύμενον καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρείττον ἐν σωθῆναι κυρίων ὀμμάτων· μόνον γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὄραται.*

S E C T I O A L T E R A .

De iis, qui artes doctrinasve professi sunt ad corporis valetudinem pertinentes.

Vulgari magis opinione quam vera Gymnasticés et Musices studia separantur: si quidem cura corporis nonhisi propter animum suscipitur, et Gymnasticam oportet famulam atque instrumentum sororis, vel potius et ipsam partem Musices existimari. Etenim ἀμφοτέρα κινδυνεύουσιν τῆς ψυχῆς ἐνεκα τὸ μέγιστον καθιστάται· Rep. III. p. 410. C. Itaque, qui hujus Sectionis principatum tenent, Medicinae periti tum demum possunt doctrinae dignitatem suae utilitatemque tueri, cum probe intelligunt, opus esse animo valere, ut possis corpore (Cic. ad Div. XVI. Ep. XIV), πάντα ἐκ τῆς ψυχῆς ὠρμησθαι καὶ τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ τῷ σώματι καὶ παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐκείθεν ἐπιβρεῖν . . . δεῖν οὖν ἐκείνο καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα θεραπεύειν, εἰ μέλλει καὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τὰ τοῦ ὅλου σώματος καλῶς ἔχειν· Charm. p. 156. E. Neque enim ὃ ἂν χρηστὸν ἢ σῶμα, τοῦτο τῇ αὐτοῦ ἀρετῇ ψυχὴν ἀγαθὴν ποιεῖν, ἀλλὰ τούναντιον, ψυχὴν ἀγαθὴν τῇ αὐτῆς ἀρετῇ σῶμα παρέχειν ὡς οἶόν τε βέλτιστον· Rep. III. p. 403. D. Quod autem hujus rei oblivio Graecorum medicis obijci-

citur, id jocose, non ex animi sententia fit. Nam
 hac severitate iudicii videntur ad unum om-
 nes, quotquot medici in Platone occurrunt, ex-
 cipiendi. Veluti HERODICI duo, quorum alter
 Gorgiæ frater fuit, Gorg. p. 448, B, alter an-
 tiquior Megaris videtur natus Selybriam se con-
 tulisse (δ νῦν ἐτι ὄν Ἡρόδικος ὁ Σηλυβριανός, τὸ
 δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς • Protag. 316. D. E.); tum
 Coūs HIPPOCRATES profecto, artis suae parens ille
 ac princeps, qui, cum doctrinarum esset ipse scien-
 tia praeditus paene immensa, ita statuebat, qui
 in exercitatione Medicinae perpetuo falli, et veluti
 τυφλοῦ πορείᾳ oberrare nollet, diligenti et accurata
 totius prope Naturae observatione carere non pos-
 se: quam sententiam Plato expressit, Phaedr.
 p. 270, C. — E: ΣΩ. Ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως
 λόγου κατανοῆσαι οἷσι δυνατόν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὄλου
 φύσεως; ΦΑΙ. Εἰ μὲν Ἱπποκράτει (τε voculā, fecer-
 te, opinor, ab Heindorfio omīssa est) τῷ τῶν
 Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ περὶ σώματος
 ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. ΣΩ. Καλῶς γάρ, ὡ ἱταῖ-
 ρε, λέγει. Χρῆ μέντοι πρὸς τῷ Ἱπποκράτει τὸν λό-
 γον ἐξετάζοντα σκοπεῖν, εἰ συμφωνεῖ. ΦΑΙ. Φημί.
 ΣΩ. Τὸ τοῖσιν περὶ φύσεως σκοπεῖ τι ποτε λέγει
 Ἱπποκράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος. Ἄρ' οὐχ ὀδὲ
 χρῆ διανοεῖσθαι περὶ ὄτουόν φύσεως; πρῶτον μὲν,
 ἀπλοῦν ἢ πολυειδές ἐστιν, οὐ πέρι βουλησόμεθα εἶναι
 αὐτοὶ τεχνικοὶ, καὶ ἄλλους δυνατόι ποιεῖν ἔπειτα δὲ,
 εἰ μὲν ἀπλοῦν ἢ, σκοπεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα
 πρὸς τι πέφυκεν εἰς τὸ δράν ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ πα-
 θεῖν ὑπό του, εἰ μὲν δὲ πλείω εἶδη ἔχη, ταῦτα ἀριθ-
 μησάμενος, ὅπερ ἐφ' ἐνός, τοῦτ' ἰδεῖν ἐφ' ἐκάστου,

τὸ, τί ποιεῖν αὐτὰ πέφυκεν, ἢ τὸ τί παθεῖν ὑπὸ τοῦ;
 ΦΑΙ. Κινδυνεύει, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἡ γοῦν ἀνευ
 τούτων μίθρος εἰκοί ἀν ὡς περ τυφλοῦ πορεύει· cf.
 Heindorf. ad Phaedr. p. 328, sq. Neque ACUMEN-
 NUS et ERYXIMACHUS tractasse artem inepte viden-
 tur, homines minime inepti: sed quorum uterque
 non magis erat propter scientiam Medicinae usum-
 que expetitus, quam morum comitate et eleganti
 carus omnibus atque jucundus. Ratio Acumen
 egregia erat, temperantiam vocantis optimum con-
 vivii condimentum, Xen. Memor. III, 13, §. 17
 Item Phaedro, non robustissimo adolescenti, cujus
 ἑταῖρος erat, non motus violentos, at mediocres
 quasdam exercitationes suadentis: τῷ σὺ καὶ ἐμ-
 ἑταῖρος, sunt Phaedri verba ad Socratem, κειθόμεν
 Ἄκουμαιῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους
 Φησὶ γὰρ ἀκοπωτέρους τῶν ἐν τοῖς δρόμοις εἶναι
 Phaedr. p. 227. A, item p. 268, A, B. Eryxi-
 machus sua dicendi vice in Symposio, p. 186
 189, fungitur eleganter, cujus in orationem sic
 Aristophanes, pro more suo, jocetur; qui, cu-
 τὸ κόσμιον laudatum esset in ipsa, ajebat se singu-
 lum sternutatione pepulisse, ὥστε με θανατᾶζει
 εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμῶ τοιούτων ψόφ-
 και γαργαλισμῶν, οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστὶ· p. 189, 1
 tamen ex hoc Aristophanis joco, perinulta jocanti
 vix conficiendum videtur, non magis ipsi Platoniv
 quae erant ab Eryximacho dicta, quam aut Mein-
 sio, aut Wolfio (cf. ed. Symp. p. 38) placuis-
 Habet certe oratio venustatis festivitatisque dote
 item laudem Amoris, ex propria jocose arte]

vitam: διπλοῦν τὸν Ἐρωτὰ ἐν πᾶσι τοῖς οὔσι, καθεω-
 ρακέναι μοι δοκῶ ἐκ τῆς ἰατρικῆς, τῆς ἡμετέρας
 τέχνης· καὶ ὡς μέγας καὶ ἐπὶ πᾶν ὁ θεὸς τείνει,
 καὶ κατ' ἀνθρώπινα καὶ κατὰ θεῖα πράγματα. ἄρξο-
 μαι δὲ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς λέγων, ἵνα καὶ πρὸς βεβού-
 μεν τὴν τέχνην· p. 186, A, B. Ex eadem porro hoc
 etiam apparet, ut superiores, sic Eryximachum de
 Medicinae finibus non sane humiliter existimasse.
 Verius potuit a Platone medicis exprobrari, quod
 non, ut Asclepiadae olim, aegros aut celeriter sana-
 rent; aut, si sanari non possent, e vita decedere
 paterentur; verum, quos probe nossent nec va-
 letudinem recuperare, neve ad solita redire un-
 quam officia posse, eorum tamen vitam protraha-
 rent multos saepe per annos: itaque morbis nu-
 triendis et veluti educandis; παιδαγωγικῇ τῶν νο-
 σημάτων, longam efficerent mortem. Hujus perniciiei
 principem Herodicum, Selybrianum illum, narrabat
 fuisse: Ἡρόδικος γὰρ, παιδοτρίβης ἦν, καὶ νοσώδης γε-
 νόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρώτου
 μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτὸν, ἔπειτ' ἄλλους ὑστερον πολ-
 λούς· . . μακρὸν τὸν θάνατον αὐτῷ ποιήσας· πᾶρ κολου-
 θῶν γὰρ τῷ νοσήματι θανάσιμῳ ὄντι, οὐτὲ ἰάσασθαι,
 οἶμαι, οἶδ' ὅτ' ἦν ἑαυτὸν, ἐν ἀσχολίᾳ τε πάντων
 ἰατρευόμενος, διὰ βίου ἔζη ἀποκναιόμενος, εἴ τι τῆς
 εἰσθλιας διαίτης ἐκβαίη, δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας,
 εἰς γῆρας ἀφίκετο· Rep. III, p. 406, A, B. Quod si
 haec opinio duri et prope inhumani videatur, Plato
 eam ita tuetur, ut dicat in bene constituta civita-
 te nemini σχολὴν διὰ βίου κάμνειν ἰατρευομένην, sed
 suum cuique onus impositum esse: huic oneri

ferendo si cui vires perpetuo defuturae sint, ibi non esse manendum, ubi neque ipse beatus vivere, nec quidquam, quod ad societatem tuendam valeat, conferre possit: repudiandam igitur τὴν περιττὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος· καὶ γὰρ καὶ πρὸς οἰκονομίας, καὶ πρὸς στρατείας, καὶ πρὸς ἑδραίους ἐν πόλει ἀρχὰς δύσκολος. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ἔτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἀστινασοῦν, καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέτας πρὸς αὐτὸν, χαλεπὴ, κεφαλῆς τινὰς αἰεὶ διατάσεις καὶ ἰλιγγίους ὑποπτεύουσα, καὶ αἰτιωμένη ἐκ φιλοσοφίας ἀγγίγνεσθαι. ὥστε ὅτη αὕτη, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντη ἐμπόδιος. κάμνειν γὰρ οἶεσθαι ποιεῖ αἰεὶ, καὶ ἰδυνώμενον μὴ ποτε λήγειν περὶ τοῦ σώματος· *ibid.* p. 407, B, C.

Par est Medicinam sequi, quae sive adjuvare ipsam, sive obstare ei videntur. Cum igitur exercitationibus corporis ad tuendam sanitatem vel maxime opus sit, verbo hic monendum est de POLYDAMA παγκρατιαστῆ, Rep. I, p. 338, C, de XANTHIA et EUDORO, qui luctandi arte Periclis filios erudierunt, Menon. p. 94, C, de cursoribus, ASTYLLO Crotoniate, DIOPOMPO Thessalo, ICCO Tarentino, CRISONE Himeraeo, qui, studentes videlicet optatam cursu contingere metam, Venere et vino abstinuisse dicuntur, Leg. VIII, p. 839, E. Iccus etiam in Protagora memoratur, p. 316, D, ubi cf. Heind. p. 489: Crison *ib.* p. 335, E, νῦν δ' ἐστὶν ὥσπερ ἐν εἰ δέοιό μου, Κρίσωνι τῷ Ἴμεραίῳ δρομεῖ ἀκμᾶζοντι ἔπεσθαι, quo loco voces δρομεῖ ἀκμᾶζοντι censeo restituendas Glossatori, quis fuerit ille Crison, id quod Callias minime ignorabat, anno-

tar. •

tanti. Nec ludorum taceo praefectos, DIONYSIUM τὸν γραμματικόν, Erast. p. 132, A, TAUREAM, Charm. p. 153, A, PHIDOSTRATUM, Hipp. Maj. p. 286, B, MICCUM, Socratis ἑταῖρον καὶ ἐπαινήτην, οὐ Φαῦλον ἄνδρα, ἔλλ' Ἰκανὸν σοφιστὴν, Lysid. p. 204, A; quorum gymnasia cum philosophi, Platonis jam aetate, tenere coepissent, tamen etiam tum auditores discum audire, quam philosophum interdum maluisse videntur: Cic. Orat. II. 5. Et haec quidem de iis quae auxiliantur Medicinae. Diversi plane generis sunt, quorum ope dukcis sensibus motus affertur: in quibus coquinaria perpetuas gravesque inimicitias cum salutifera arte exercet: ἡ ὄψοποιΐα, quam ne nomine quidem artis Plato, sed τριβῆς et ἐμπειρίας dignabatur, Gorg. p. 462, D, et de qua Eryximachus, Symp. p. 187, E, verissime pronunciat: ἐν τῇ ἡμετέρα τέχνῃ μέγα ἔργον ταῖς περὶ τὴν ὄψοποιΐκην τέχνῃ ἐπιθυμίαις καλῶς χρῆσθαι, ὥστ' ἄνευ νόσου τὴν ἡδονὴν καρπώσασθαι. Neque igitur putandi sunt principes illius sive artis sive exercitationis (nam est ad coquos usque et pistores, duce Platone, deveniendum), THEARION ὁ ἀρτοκόκος, MITHAECUS ὁ τὴν ὄψοποιΐαν συγγεγραφώς τὴν Σικελικὴν, et SARAMBUS ὁ κάπηλος, Platoni magnopere accepti fuisse, quorum celebrabatur ὁ μὲν ἔρτους θαυμαστοὺς παρασκευάζων, ὁ δὲ ὄψον, ὁ δὲ οἶνον. Vocabat eos διακόνους καὶ ἐπιθυμιῶν παρασκευοτάς ἀνθρώπους, οὐκ ἐπαίοντας καλὸν κέρσασθαι οὐδὲν περὶ αὐτῶν, οἱ, ἂν οὕτω τύχῳσιν, ἐμπλήσαντες καὶ παχύναντες τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, ἐπαινούμενοι ὑπ' αὐτῶν, προσηπολλύουσιν αὐτῶν καὶ τὰς

ἀρχαίας σάρκας Gorg. p. 518. C. Quid de toto delicatioris vitae genere sentiret, professus est, Rep. III, p. 404, C, D, Συρακουσίαν δὲ, ὦ φίλε, τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων οὐκ αἰνεῖς . . . ψέγεις ἄρα καὶ Κορινθίαν κόρην Φίλην εἶναι ἀνδράσι μέλλουσιν εὖ σώματος ἕξειν; Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ Ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθείας; Ανάγκη. Ὅλην γὰρ, ὅμαι, τὴν ποιαύτην σίτησιν καὶ διαίταν τῆ μελοποιίᾳ τε καὶ ᾠδῇ, τῆ ἐν τῇ παναρμονίᾳ καὶ ἐν πᾶσι βυθμοῖς πεποιημένη, ἀπεικάζοντες, ὁρθῶς ἂν ἀπεικάζοιμεν. MIDIAS etiam potest huc referri, ὁ ὀρυγοτρόφος, ut dicitur Alcib. I. p. 120, A. Quamquam et ibi, et in Scholiastis ad h. l., legendum est ὁ ὀρυγοκόπος. Etenim lectionem hanc indicat Scholiastes ipse, οὗτος ἐπὶ κύκλου τοῦς ὀρυγας παριστάς, κόπτειν αὐτοὺς ἀλλήλους ἐδίδασκε, suadet Athenaeus, XI. p. 506, D, Πλάτων ἀποφαίνει Μειδίαν ὀρυγοκόπον, persuadet Scholiastes ad Aristoph. Aves, v. 1297, docens perpetuum hoc ipsi et solenne cognomen ὀρυγοκόπον fuisse, διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι, καὶ . . . τοὺς ὀρυγας κόπτειν, versum citans Aristophaneum

Χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρυγοκόπον.

Pertinet igitur Midias ad eos, qui Leg. VII, p. 789, B, dicuntur ὀρνίθων θρέμματα ἐπὶ τὰς μάχας τὰς πρὸς ἄλληλα ἀσκοῦντες. Videndis avium pugnis Athenienses insaniebant; quod studium puerile, cum l. l., tum saepius Plato perstrinxit, veluti Lysid. p. 211, E. Mentio fit Midiae, ut pe-
tan-

tantur ii, qui, ut ille, accedebant ad rempublicam, *ἔτι τὴν ἀνδραποδῶδη (Φαίεν ἂν αἱ γυναῖκες) τριχὰ ἔχοντες ἐπὶ τῇ ψυχῇ, ὑπ' ἀμουσίας, καὶ οὐπω ἀποβεβληκότες, ἔτι δὲ βαρβαρίζοντες, ἐληλύθασι κολακεύσοντες τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐκ ἄρξοντες.* Erat Platonis, morem, quo consilii publici particeps inepitissimus quivis esset, indignari vehementer et acerbè irridere: *ἐπειδὴν τι περὶ τῆς πόλεως διοικήσεως δὲ βουλευσασθαι, συμβουλεύει .. ὁμοίως μὲν τέκτων, ὁμοίως δὲ χαλκεύς, σκυτοτόμος, ἔμπορος, ναύκληρος, πλούσιος, πένης, γενναῖος, ἀγεννῆς· καὶ τούτοις οὐδεὶς τοῦτο ἐπιπλήττει, .. ὅτι οὐδαμῶθεν μαθὼν, οὐδὲ ὄντος διδασκάλου οὐδενὸς αὐτῷ, ἔπειτα συμβουλεύειν ἐπιχειρεῖ.* Protag. p. 319. D.

Ne sordidas quidem et sellularias, *βαναύσους*, artes praetermittendas arbitraret, nisi Plato nomen nullius, qui peritiâ earum excelluerit, memoriae mandandum existimasset; licet Socratem de ipsis, ut saepissime locutus erat (Xen. Memorab. I. 2. §. 37), ita loquentem inducat. Veluti in Gorgia, p. 491, A, ubi Callicles, cum illud aegre ferret, *Νῆ τοὺς θεοὺς, ἄτεχνῶς γε, αἰεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγειροὺς λέγων .. αὐδὲν παύη, ὡς περὶ τούτων ἡμῖν ὄντα τῶν λόγων.*



CAPUT SEXTUM.

DE IIS, QUI PRIVATAM VITAM AGENTES
COMMEMORANTUR.

Reliquum est, ut hoc Capite novissimum educatur agmen; nempe eorum, qui in superiori disputatione idcirco nondum prodierunt, quoniam videbantur, certe eâ, qua apud Platonem occurrunt, aetate, nulla re adeo inclaruisse, ut ab eâ vel Philosophi nomen, vel Sophistae, vel viri reipublicae administrandae periti, vel Poetae, vel denique artificis accipere possent.

Si amor spectatur in Socratem, primus omnium CRITO sit. Etenim *αὐτὸς μάλιστα*, ut ait Diog. Laërt. III, 121, *φιλοσοφώτατα διετέθη πρὸς Σακράτην*. Eum, quamvis septemdecim Dialogorum ibidem dicitur scriptor, exclusi tamen coetu philosophorum: quia apud Platonem nulla minus re excellit, quam facultate philosophandi. Veluti, cum de animorum immortalitate Socrates divinitus disputasset, ubi primum contigit, continuo Crito rogavit ipsum, quasi hoc unum omnium maxime interesset, qua tandem ratione sepeliri vellet: quo Socrates audito, *ὡ πρὸς*, non injuria inquit, *ὦ ἄνδρες, Κρίτωνε, ὡς ἐγὼ*

ἐγὼ εἶμι οὔτεσ δ' Σωκράτης ὁ νυνὶ διαλεγόμενος, καὶ
 διατάτων ἕκαστα τῶν λεγομένων· ἀλλ' οἶεταί με
 ἐκεῖνον εἶναι ὃν ὄψεται ὀλίγον ὕστερον νεκρὸν, καὶ ἐρω-
 τῆ πῶς δεῖ με θάπτειν· ὅτι δὲ ἐγὼ πάλαι πολὺν λό-
 γον πεποίημαι, ὡς ἐπειδὴν πῖον τὸ φάρμακον, οὐκέτι
 ὑμῖν παραμενῶ, ἀλλ' οἰχῆσομαι ἀπιὼν εἰς μακάρων
 δὴ τινὰς εὐδαιμονίας, ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως
 λέγειν· Phaedon. p. 115, C, D. Tum hoc etiam
 prodit virum non sane acutum, quod Socra-
 tem putabat adduci posse, ut in extremam diei
 horam cupide protraheret moriendi tempus; p.
 116, D, E, aut ultimum vitae diem tacitus tra-
 duceret, ne scilicet cicutam, si disputationis aestu
 fervidior bibisset, iterum bibere cogeretur: p.
 63, D, E. Divitiis augendis plus studuisse vide-
 tur, quam conveniret studium sapientiae profiten-
 ti: hinc Socrates Euthyd. p. 304, C: ὃ δὲ κατ
 σοι μάλιστα, ὦ Κρίταν, προσήκει ἀκοῦσαι, ὅτι οὐδὲ
 τὸ χρηματίζεσθαι φαιδὸν διακωλύειν οὐδὲν, μὴ οὐ πα-
 ραλαβεῖν ὀντινοῦν εὐπετῶς τὴν σφετέρην σοφίαν. Ve-
 rum copiae, quibus florebat, bonitati ac benefi-
 centiae materiem dederunt: nam ut subtilis ingenii
 deērat, ita aderat in Critone liberalis animi laus.
 Maxime Socratem, etiamsi id, quod legitur Diog.
 Laërt. II, 20, Κρίτωνα ἀναστῆσαι Σωκράτην ἀπὸ
 τοῦ ἐργαστηρίου καὶ παιδεῦσαι, dubiam habeat fi-
 dem, nulla re passus est indigere: οὕτως ἐπεμε-
 λεῖτο αὐτοῦ, ὥστε μηδέποτε λείπειν τί τῶν πρὸς
 τὴν χρείαν. Socrates eum vicissim videtur amavis-
 se: hinc Crito familiaritate ipsius intima usus
 est, et cum omnia vivo officia praestitisset (cf.

Apol. p. 38, B, Phaedon. p. 60, A, p. 116, A, B,) oculos etiam clausit morientis: ibid. p. 118. A. Neque enim, ut ille Callias Sophistarum turbam, sic Crito Socratem, quo magis sapientiae opinionem aliquam aucupareretur, sustentavisse videtur; verum et de philosophia magnificum quid suspicatus esse (Euthyd. p. 304, sqq.), et vero Socratem mirifice dilexisse. In Dialogo Critone sui plane similis est: homo optimus, cum, proprium non curans periculum, supplicio velit amicum et carcere liberare; idem non acutus; qui istiusmodi fugam in Socratis constantiam cadere existimet. Duos habuit filios: cf. Euthyd. p. 306. D, ibique Heindorf. p. 418. Natu major CRITOBULUS (*σκλήφωλος* p. 271. B, id est *νεοειδής*; Pollux. II. 10), idem est, quocum Xenophon in libro, qui de agris agit colendis, Socratem induxit disserentem; heres, ut videtur, in doli paternae: Plato certe eum et morienti Socrati affuisse narrat, Phaedon. p. 59, et una cum patre fidejussorem ejus existisse: Apol. p. 38. B. Praeter ipsos fidejussit APOLLODORUS, cujus fratris AEANTODORI nomen reperitur, Apol. S. p. 33, E, Critoni paene par caritate in Socratem, quem, relictis rebus omnibus, sectabatur; *οὐδέποτε αὐτοῦ ἀπελείπετο* Xen. Memorab. III, 11, §. 17. Animi propensione ad tristitiam ferébatur; et cum non rideret popularium errores et vitia, at doleret, animumque ingratis semper cogitationibus defixum recreare nollet, est eo tandem prolapsus, ut mollius, quam virum decet, quaevis

la-

lamentaretur. Itaque necesse erat, ut Socratem cum videret proximum morti, lacrymas effunderet multas: σχεδόν τι αὐτῷ διακείμεθα, ποτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύνοντες· εἰς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλύδαρος· ὄψαθα γάρ· που τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ· Phaedon. p. 59, A. Imo clamores edidit: Ἀπολλύδαρος καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ οὐδὲν ἐπαύετο δακρύνων, καὶ δὴ καὶ τότε ἀναβρυχισάμενος, κλαίων καὶ ἀγανακτῶν οὐδένα ὄντιμα οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων· p. 117, D. Eum non esse intelligendum Phaedon. p. 77. E, ὡς δεδιδότων πειρῶ ἀνακείθειν; μάλλον δὲ ὡς μὴ δεδιδότων, ἀλλ' ἴσως ἐνι τις καὶ ἐν ἡμῶν καί τις ὅστις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται, τοῦτον οὖν πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιῆναι τὸν θάνατον, ὥσπερ τὰ μωρολογεῖα· sed his verbis partem animi puerilem significari, Wyttembachius ostendit ad Phaedon. p. 192. Nec profecto indicia adsunt, Apollodorum aut timidum mori, aut stultum fuisse, aut, id quod editor Symposii Anglicus suspicabatur, intemperantiae deditum. Hic enim existimat convivii enarrationem, quod quaedam minus decora contineret, impositam fuisse Apollodoro: cf. Wolf. in Ed. Symp. Praef. p. 41. Quidni PHOENICEM igitur, filium PHILIPPI, etiam censeat intemperantem, qui, quae in Convivio acta fuerant, etiam narrasset? Symp. p. 172, D: ARISTODEMUM certe, ex quo, cum conviva ipse fuisset, uterque, et Phoenix et Apollodorus, sermones habitos rescivit: p. 173, B. Atqui hic quidem innocentiae testem affert durissimam vivendi rationem: erat ἀνοπόδητος αἰεὶ, et si minus

aliis, hac certe in re Socratem videtur imitatus, Phaedr. p. 229, A, cujus erat *εραστής ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε*, et quem comitabatur adsidue: Symp. p. 223: *ἔφη τὸν Σωκράτη ἀναστάντα ἀπιέναι, καὶ αὐτὸς, ὡς περ εἰώθει, ἔπεσθαι*: erat porro Κυδαθηναιῶς et σμικρὸς, ut sit idem, qui Deos negat esse colendos apud Xenoph. Memorab. I. 4. Optime indoles Apollodori dēpingitur Symp. p. 173, C—E: *ἔγωγε, καὶ ἄλλως, ὅταν μὲν τινὰς περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι, ἢ ἄλλων ἀκούω, χαρὸς τοῦ οἰεσθαι ἀφελείσθαι, ὑπερφυῶς ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινὰς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους, τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιστῶν, αὐτὸς τε ἄχθομαι, ὑμᾶς τε τοῦς ἑταίρους ἔλεω, ὅτι οἰεσθέ τι ποιεῖν, οὐδὲν ποιῶντες· καὶ ἴσως αὐ ὑμεῖς ἠγεῖσθε ἐμὲ κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἴομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἰεσθαι· ἐγὼ μὲντοι ὑμᾶς οὐκ οἴομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα·* cui familiaris objicit, *ἀεὶ ὁμοῖος εἶ, ὡς Ἀπολλόδωρε· ἀεὶ γὰρ σαυτοῦ τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους· καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἠγεῖσθαι, πλὴν Σωκράτους, ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος· καὶ ὁπότεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπιωνυμίαν ἔλαβες τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε· ἐγὼ μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ· σαυτῶν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις, πλὴν Σωκράτους·* huic rursus Apollodorus, *ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δὴ, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν, μαίνομαι καὶ παραπαίω.* Quod autem insanus, *μανικὸς*, appellabatur, convitium illud in Apollodoro ita explicari oportet, ut, cum tristis semper ac morosus esset, et dōlori languide obsequeretur, fabula factus sit. Multum enim, ut hoc verbum premendum sit,

sit, abesse, patet ex Theaeteto, p. 144, A, B, ubi homines acuti dicuntur ferri plerumque ἥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα et esse μανικότεροι ἢ ἀνδρείότεροι. A verborum enim sensu aberrabit, qui mentis non compotes ibi arbitretur intelligentes. Item ex Sophista, p. 216, C, D, Φιλόσοφοι . . . τότε μὲν πολιτικοὶ φαντάζονται, τότε δὲ σοφίσται, τότε δ' ἐστὶν οἷς δόξαν παράσχοιτο ἂν ὡς πωπάσιν ἔχοντες μανικῶς. Nimirum solet ita vulgus notare, quos multum tribuere videt iis rebus eaque agere non mediocri alacritate, quorum vim et momentum non capiat ipse. **ΧΑΙΡΕΡΗΟΝΤΙ** idem est titulus tributus, cum περιθερμος, calidus in agendo esset, cf. Schol. Aristoph. ad Nub. 144, et vehemens in persequendo quod peteret, σφοδρὸς ἐφ' ὃ τι ὀρμήσει, ut ait Plato, Apol. S. p. 21, A. Quaedam adjecit ibi de ipsius rebus: Χαιρεφῶντα γὰρ ἴσαστε δῆπου· οὗτος ἐμὸς ἐταῖρος ἦν ἐκ νέου, καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἐταῖρος τε καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην, καὶ μεθ' ὑμῶν κατήλυθε· καὶ ἴσαστε δὴ οἷος ἦν ὁ Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὃ, τι ὀρμήσει· καὶ δῆποτε καὶ εἰς Δελφούς ἐλθὼν, ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι . . . ἤρετο γὰρ δὴ εἰ τις ἐμοῦ εἶη σοφώτερος. Cognomen istud alacrem et fervidum hominem indicare patet etiam ex Charmide, p. 153, B: Χαιρεφῶν, ἄτε καὶ μανικὸς ἂν, ἀναπηδήσας ἐκ μέσων ἔθει πρὸς ἐμὲ, καὶ μοῦ λαβόμενος τῆς χειρὸς, ὦ Σώκρατες, ἢ δ' ὅς, πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; Accedebat tamen in ipso, quod studiis contabescens pallorem maciemque contraxerat, ἰσχνὸς καὶ ὠχρὸς τὴν ἰδέαν, ἄτε φιλοσοφία συν-

πέτηκος, vesperilio, Νυκτερίς, dictus, διὰ τὸ μέλας εἶναι καὶ ἰσχυρόφωνος: cf. Schol. Aristoph. ad Nub. v. 504 et 104, unde apparet in Schol. ad Aves, v. 1296, ἡ Χαίρεφών, μέγας καὶ ἰσχυρὸς προεῖρηται, pro μέγας legendum esse μέλας. Non parcat quidem ei Aristophanes, et habitum ejus atque ineptias ridet; in Nubibus maxime, v. 144, sqq. et v. 500, 509.

ΣΤΡ. Εἶπε δὴ νῦν μοι τοδί·

Ἦν ἐμμελὴς ὧ καὶ προθύμως ἂν μανθάνω
Τῷ τῶν μαθητῶν ἐμφερῆς γενήσομαι;

ΣΩ. Οὐδὲν διοίσεις Χαίρεφῶντι τὴν φύσιν·

ΣΤΡ. Οἶμοι κακοδαίμων, ἡμιθνήσ γενήσομαι.

At notum est, quantum detrahendum sit di-
dicteris Comicorum. In Charmide fungitur par-
tibus tantum audientis; verum in Gorgia loquitur
ea, ex quibus videtur non modo sermonibus de
philosophia libenter interfuisse, p. 458, C, sed
profecisse etiam in ratione Socratica disputandi:
ib. 447, sqq.: haud scio tamen an quis hoc quo-
que possit non temere suspicari, Chaerephontis
indolem, eo ipso loco aliisque, etiam a Platone de-
risam esse.

Sophistis audiendis etiam ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ἡ ἐκ Κεραι-
μίων delectabatur, caeterum famosus Agathonis
amōrē, Protag. p. 315, D; E, cujus inter con-
vivas occurrit: Symp. p. 176. Quamquam in ora-
tione, quae adscribitur ei, p. 180—185, minus
turpes; quam quidem apud Xenophontem, Sympos.

VIII 32, sqq. opiniones reperiuntur. Utrum uterque ad librum a Pausania scriptum respexerit, necne, lis est, quae vix, ut videtur, dirimi possit: cf. tamen Ast. de Vita, p. 315; vid etiam Sydenham. apud Wolf. in Ed. Symp. p. 29. Hoc certe adjuvat negantium partes, quod verisimile vix sit, si Pausanias scripsisset, *ὡς στρατεύμα ἀλκιμώτατον ἀν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἑραστῶν*, cf. Xen. l. 1. 32, Phaedrum, Symp. p. 178, E, 179, A, sine ulla Pausaniae, cum praesertim adesset, mentione idem prorsus dicturum fuisse: *εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥστε πόλις γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἑραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἀν ἄμεινον αἰκήσειαν τὴν ἐαυτῶν, ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχυρῶν, καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ μαχόμενοι γ' ἀν οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων κίψεν ἀν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα ἀνθρώπους.*

Hi fere sunt, qui aetate jam paulo provectiores commemorantur. Ex adolescentibus par est primos omnium fratres Platonis nominari GLAUCONEM et ADIMANTUM, quos in libris de Republica Plato ita depinxit, ut hos videatur cognatos se minime indignos habuisse. Peringeniosus uterque, quod ratio vel sola declarare posset, qua copias iniustitiae in aciem educunt, non ex animo quidem illi, sed eas a Socrate proffigari cupientes: II. p. 357 — 368: fortes item ambo et in proello prope Megaras nobilitati: ib. p. 368, A: dignissimi profecto et acumine et philosophiae amore et studio honesti, quibuscum de eo, quod justum est, divina illa disputatio haberetur. In Glaucone major etiam quam

quam in Adimanto alacritas, major vehementia (ἀει ἀνδρείτατος ὢν τυγχάνει πρὸς ἅπαντα· II. p. 357, A), ardentior certe erat honoris in republica sitis: quem annos natum viginti ad publica negotia accedere volentem Socrates narratur ab incepto revocasse: Xen. Memor. III, 6. Quam ad ambitionem forte respicitur Rep. I, p. 347, A, eoque locus pertinet Adimanti VIII, p. 548, D, E, τίς οὖν ὁ κατὰ τὴν τιμοκρατικὴν πολιτείαν ἀνὴρ; πῶς τε γενόμενος; ποῖός τε τίς ὢν; Οἶμαι μὲν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, ἕγγύς τι αὐτοῦ Γλαύκωνος τουτουῖ τείνειν, ἐνεκά γε Φιλονητίας. Ἴσως, ἦν δ' ἐγὼ, τοῦτό γε ἄλλὰ μοι δοκεῖ τάδε οὐ κατὰ τοῦτον πεφυκέναι. Τὰ ποῖα; Ἀθάδαστερόν τε δεῖ αὐτόν, ἦν δ' ἐγὼ, εἶναι καὶ ὑποαμυσότερον, Φιλόμουσον δὲ καὶ Φιλήκοον μὲν, ῥητορικὸν δ' οὐδαμῶς. Ex verbis Socratis manifestum est Glauconem ornate dicendi facultati, item Musicae (cf. III. p. 398, D), multum operae dedisse. Forte a voluptatibus non nimis abhorruisse exclamatio indicat indignantis in alendis civibus severitatem: καὶ Γλαύκων, εἰ δὲ ὕῶν πόλιν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, κατεσκευάζεις, τί ἂν αὐτοὺς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζεις; II. p. 372, D. Gaudebat

equis canibusque et aprici gramine campi:

vid. ibid. V, p. 459, A, ὦ Γλαύκων, ὄρω σου ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ κύνας θηρευτικούς, καὶ τῶν γενναίων ὀρνίθων μάλα συχνοὺς, quocum cf. locus II, p. 375, D. οὐκ ἐνοήσαμεν ὅτι εἰσὶν ἄρα τοὶ αὐταὶ Φυσεῖς οἷας ἡμεῖς οὐκ ᾤθημεν ἔχουσαι τάναντία ταῦτα; Πού δῃ;
Ἴδος

ἴδοι μὲν ἂν τις καὶ ἐν ἄλλοις ζώοις, οὐ μὲν τ' ἂν ἦκιστα ἐν ᾧ ἡμεῖς παρέβαλλομεν τῷ Φύλακι· οἶσθα γὰρ πού τῶν γενναίων κυνῶν, etc. In promptu est oportere post ταῦτα poni, quod in Editionibus abest, interrogandi signum, tum levi, sed necessaria mutatione pro Φύλακι scribendum σκύλακι esse: ut patet etiam ex verbis ibid. A. οἶσι οὖν τι διαφέρειν φύσιν γενναίου σκύλακος, εἰς Φυλακὴν, νεανίσκου εὐγενοῦς; Sed, quo magis video Glauconem ingeniosum fuisse et elegantem, eo minus fero quaedam inepta ei, librariorum culpa, adhaesisse. Etenim Rep. V, p. 453, C, parum loquitur apte: ταῦτ' ἐστίν, ἣν δ' ἐγὼ, ὃ Γλαύκων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ἃ ἐγὼ πάλαι προορῶν ἐφοβούμην τε καὶ ἄκνουσι ἄπτεσθαι τοῦ νόμου τοῦ περὶ τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτήσιν καὶ τροφῆν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη. ῥῦ γὰρ εὐκλόη ἔοικεν. Οὐ γὰρ, εἶπον, ἀλλὰ δὴ ὧδ' ἔχει. Ita demum illud οὐ μὰ τὸν Δία aptum est, si aut rogatus quid negat aliquis, aut alterius negationem negatione suâ confirmat, ut Rep. X, p. 605, E: ἢ καλῶς οὖν . . οὗτος ὁ ἔπαινος ἔχει . . .; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ εὐλόγη ἔοικε. Itaque verba sic putò ordinanda: ταῦτ' / — τροφῆν· οὐ γὰρ εὐκλόη ἔοικεν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη. Οὐ γὰρ, εἶπεν, ἀ. δ. δ. ε. Item VIII, p. 535, C, non ut interrogatus erat, respondet: legitur ibi: τίνι τρόπῳ οἶσι τά τε τοῦ σώματος θελήσειν τινὰ διακονεῖν, καὶ τοσαύτην μάθησιν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐδέναι, ἣ δ' δε, ἐὰν μὴ παντάπασιν ἢ εὐφυῆς· at manifesto requiritur, τίνι . . .; Οὐδέναι. Tum VIII, p. 554, B, scribendum putò: ἢ οὐχ οὗτος ἂν εἴη ὁ τῆ τοιαύ-

τῆ πολιτεία ὁμοίος; Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη, δοκεῖ. χρήματα γοῦν μάλιστα ἐντιμὰ τῇ τε πόλει καὶ παρὰ τῶ τοιούτῳ. Duplex enim illud γοῦν longe facilius feram, quam, uti vulgo legitur, ἔμοιγ' οὖν: ut non sit, mihi igitur . . . mihi quidem: sed, ut Ficinus vertit, „ mihi certe, mihi . . . quidem.” Etiam subveniendum est Glauconi Rep. IX, p. 582, C, ubi, perperam interrogatus, ne potest quidem recte respondere: τί δὲ τοῦ φιλοτίμου; ἄρα μᾶλλον ἐμπειρὸς ἐστὶ τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονῆς, ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν; Ἄλλὰ τιμῆ, ἔφη, . . . πᾶσιν αὐτοῖς ἔπεται. Quaeritur enim ibi, uter, non de sua cuiusque, sed de alterius quisque voluptate rectius possit iudicare: quod cum ex toto loco perspicuum est, tum ex verbis: πότερον ὁ φιλοκερδῆς, μανθάνων αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν οἶόν ἐστιν, ἐμπειρότερος δοκεῖ σοὶ εἶναι τῆς ἀπὸ τοῦ εἰδέναι ἡδονῆς, ἢ ὁ φιλόσοφος, τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν; ibid. A: quibus convenienter verba in l. l. transponenda existimo et scribendum: τί δ. τ. φ.; ἄρα μᾶλλον ἐμπειρὸς ἐστὶ τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἡδονῆς, ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι; Nisi enim locus sic constituetur, Socrates, quod Socraticum non est, ineptit. Sed neque hic Platonis culpā factum est, neque in vicinia, p. 579, A. Legitur ibi: οὐκοῦν ἀναγκάζοιτο ἂν τινὰς ἤδη θεωπεύειν αὐτῶν τῶν δούλων, καὶ ὑπισχνεῖσθαι πολλὰ, καὶ ἐλευθεροῦν, οὐδὲν δεόμενος; καὶ κόλαξ αὐτοῖς ἂν θεραπόντων ἀναφανείη; Scilicet hero quidem illi, de quo sermo est, servorum ministerio magis etiam quam in urbe; his vero nihil opus fuit manumissione, utpote reapse

solitudinisque opportunitate libertatem jam adeptis. Itaque literam arbitror addendam (quod, dummodo, in re tam manifesta, auctoritate sit utendum, Ficini versio indicat, „cogetur „ multa polliceri, et, licet nihil fuerit opus, eos „ tamen manumittere;”), et pro *δεδμενος* scribendum esse *δεσμενους*.

Horum adulescentium ipsiusque Platonis pater ARISTO nusquam, licet apte potuisset, in scriptis ejus inductus est. Cujus praetermittend. aliae fortasse causae fuerunt, sed equidem non miror, si haec etiam non sit omittenda, patris personam Platoni quodammodo sanctiorem visam esse, quam quae in Dialogorum veluti theatro traduceretur. Verum ut hac de re nil asseverari oportet, ita difficillimum est judicatu, utrum Glauco et Adimantus, qui in libris de Republica, iidem in Parmenide occurrant: qua de re cum Heindorf, ad Parmen. p. 187, sq. dubitasset, Astius de Vita, p. 244, pronuntiavit esse diversos, quoniam ANTI-PHON, qui junior est Glaucone et Adimanto Parmenideis, dicitur plurimum Pythodoro usus, qui Platone et fratribus ejus longe major natu fuit. Varia tamen obstant: nam perquam credibile est Platonem fratribus tribuisse etiam hunc mentionis honorem: minus credibile ipsum, cum induceret alios, hoc significaturum non fuisse: gravis auctoritas est Plutarchi, quem recentiores plerique secuti sunt: cf. Ast. l. l.: porro Platonem novimus in temporibus servandis religiosum non fuisse: denique ne hoc quidem oportet omitti, Pla-

tonem, cum Parmenidem et Socratem vellet inducere colloquentes, id quod utriusque aetas vix ferre videbatur, excusandi, opinor, causa, legentibus vultu inculcavisse, Parmenidem perquam aetate provecum, Socratem teneram admodum juventute fuisse, Parm. p. 157, B; item Theaet. p. 183, C; *συμπροσέμιξα τῷ ἄνδρι πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτης*: similiterque hic etiam videri reprehensionem ita effugere velle, ut moneat Pythodoro Antiphontem, cum *ρως* adhuc esset, affuisse: *μειράκιον ὄν τοὺς λόγους εὖ μάλα διεμελήτησεν*. Parmen. p. 126, E; Antiphon, frater Glauconis et Adimanti *δμομήτριος*, patre usus est PYRILAMPE; de quo rursus incertum est, an sit pater Demi memoratus Gorgia p. 481, D, et is, quo *οὐδεὶς τῶν ἐν τῇ ἡπειρῷ λέγεται καλλιῶν καὶ μείζων ἀνὴρ δόξαι εἶναι, ὁσάκις ἐκεῖνος ἢ παρὰ μέγαν βασιλέα ἢ παρὰ ἄλλον τινὰ τῶν ἐν τῇ ἡπειρῷ πρεσβεύων ἀφίκετο*. Charm. p. 158, A, an vero duo, an denique tres diversi sint Pyrilampes. Hoc utut est, id certe constat Antiphontem filium Pyrilampis distinguendum esse ab Antiphonte patre EPIGENIS ejus, qui, ut in discipulis Socratis, Apol. S. p. 33, E, ita recensetur in iis, qui ne morientem quidem reliquerunt magistrum: Phaedon. p. 59, B. Antiphon Pyrilampis, pollicitus meliora, totum se, philosophia relicta, contulit ad studium equitandi: *νῦν γε κατὰ τὸν πάππον τε καὶ ὁμώνυμον πρὸς ἱππικῇ ταπολλὰ διατρίβει*, Parm. p. 126, C; et paulo post, p. 127, A, *κατελάβομεν τὸν Ἀντιφῶντα οἴκοι χαλινὸν τινα χαλιεῖ ἐκδιδόντα σκευάσαι*.

A fratribus Platonis distinguendi sunt duo ADIMANTI, CEPIDIS alter, alter LEUCOLOPHIDAE filius, qui in Protagora disputantibus taciti adsident: Illius mentio fit, quod quidem sciam, alibi nusquam; hujus autem, Atheniensium ducis, rarissime: Protag. p. 315, E, ibique Heindorf. ad p. 485. Distinguendus etiam GLAUCO, *τις τῶν τοῦ Ἀπολλοδώρου γνωρίμων*, Symp. p. 172, C. eorum; quae Athenis gerebantur, parum, ut videtur, peritus: *πόθεν, ἢν δ' ἐγ', ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν*; tum non sane studiosus philosophiae: si quidem Apollodorus ei, *προτοῦ δὲ περιτρέχων*, inquit, *ὅπη τύχοιμι, καὶ οἰόμενος τι ποιῆν, ἀθλιώτερος ἢν ὄτουσῶν· οὐχ ἤττω ἢ σὺ νῦν, οἰόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν*. Denique avus Glaucónis, a quo videtur nomen, more solenni, accepisse, commemoratur Charm. p. 154, A. Filium habuit CHARMIDEM, cui, quaecunque in homine aut optanda sunt, aut laudanda, aderant adolescenti. Nobilissimo genere Critiarum ortus, Charm. p. 157, E, fortunae abundantiam utebatur; commendabatur non corporis tantum formam liberali et honestam, sed ingenio et sapientiae cupiditate: *Χαρμίδης τῶν ἡλικιωτῶν οὐ μόνον τῇ ἰδέᾳ ἰδοῦναι διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνη*. ib. p. 157, D. In primis erat modestus p. 158, C, D, ut facile credam Xenophonti, illum non Glaucónis instar ad rempublicam festinasse, sed cunctantem et quasi verecundantem Socratis demum cohortatione animum ad eam applicuisse: Memor. III, 7. In poësi nec caeteris displicuit, nec Critiae tutori: *ἔστι φιλόσοφος γε, καὶ, ὡς δοκεῖ ἄλλοις τε καὶ*

ἑμαυτῷ, πάνυ ποιητικός Charm. p. 154, E, 155, A. Nam *ἑμαυτῷ* pro *ἑαυτῷ* censeo scribendum esse; si enim haec dicuntur, „et caeteris satisfacit et „vero sibi ipsi,” id nec Charmidis moribus erit, nec Critiae Charmidem laudantis consilio accommodatum. Idem Charmides est, qui Xenoph. Symp. III, 9, et IV, 29, sqq., paupertatem suam jocosè extollit, ut patet etiam ex Mem. III 6, §, 14, ubi Socrates, „ὁ Glaucῶ!” inquit, *πῶς οὐκ ἔνα, τὸν τοῦ θελοῦ οἶκον ἐπειράβης αὐξήσαι; δέεται δέ.* Itaque videtur divitias amisisse, et rei familiaris calamitatem convenienter sibi, id est, fortiter tulisse. Potest fieri, ut opes corruerint sumtibus ad ludos ambitiosius factis; ut hoc sit, quod accidit ipsi, dissuadente Socrate, *ἀσκήσαντι στάδιον εἰς Νεμέαν*, „Λξίον οὖν, Socrates inquit, Theag. p. 128, E, *κυβίσθαι αὐτοῦ ἔ αὐτῷ ξυμβῆ ἀπὸ ταύτης τῆς ἀσκήσεως.* Nihil gratius erat ipsi, quam sermonibus de philosophia interesse. Recensetur in illis, qui conyenerant ad Protagoram audiendum: Protag. p. 315, A. Mirum in modum Socrate audiendo delectabatur, quod narrat Alcibiades, Symp. p. 222, A, B, idem de EUTHYDEMO, filio DIOCLIS, affirmans. Hic, quem Wolfius, in ed. Symp. p. 116, confundit cum Euthydemo Sophista, prorsus erat fiducia virium a Charmidis more diversus, donec Socrates vanitatem istam ita confutasset, ut Euthydemus arbitraretur *οὐκ ἂν ἄλλως ἀνὴρ ἀξιόλογος γένεσθαι, εἰ μὴ ὅτι μάλιστα Σωκράτει συνείη· καὶ οὐκ ἀπελείπετο ἔτι αὐτοῦ, εἰ μὴ τι ἀναγκαῖον εἴη· ἔνια δὲ καὶ ἐμιμείτο, ὡν ἐκεῖνος ἐπετήθευεν.* Xen. Memorab. IV, 2, §. 40.

Quo-

Quoniam a Platonis cognatione discedo, primas nunc THEAETETO arbitror dandas esse. Hic enim singulari profecto indolis praestantiâ fuit, θαυμαστῶς εὐπεφυκώς. Nimirum cum ii, qui celeritate insignes sunt excogitandi, raro ingenii impetum ratione regant, rarius etiam non superbiant illâ intelligentiae facilitatē (Rep. VI. p. 503, C), in Theaeteto mirâ quaedam modestia et lenitas animi docilitatem ad arripiendum incredibilem comitabatur. Itaque Theodorus, admiratus naturam egregiam adolescentis, τὸ γὰρ εὐμαθῆ ὄντα ὡς ἄλλο χαλεπὸν, inquit, πρῶτον αὐτῷ εἶναι διαφερόντως, καὶ ἐπὶ τοῦτοις ἀνδρείον παρ' ὄντινόν, ἐγὼ μὲν οὐτ' ἀν' ἰδέσθην γενέσθαι, οὔτε ὄρω γιγνομένους . . . ὁ δὲ οὕτω λείως τε καὶ ἑρταίως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς τῆς πρῶτότης ὅσον ἐλαίου ρεῦμα ἀψοφητὴ ῥέοντος, ὥστε θαυμάσαι τὸ, τηλικούτον ὄντα, οὕτω ταῦτα διακράτῃσθαι. Theaet. p. 144, A, B. Perpetuo conatu aequabiliter ad propositum virtutis finem pergebat, et, veluti oleum, tacito continuoque motu sine strepitu fluebat: Wyttenb. in Vita Ruhnke. p. 218, Ipsi deerat oris pulcritudo, quippe depressum nasum habenti oculosque prominentes, Theaet. p. 143, E, deerat copia rei domesticae: bona enim tutores dissiparant a patre ΕΥΠΗΡΟΝΙΟ. ipsi relicta, viro, ut ait Socrates ad Theodorum, ibid. p. 144, C, ὅσον καὶ σὺ τοῦτον διηγῆ, καὶ ἄλλως εὐδακίμου, καὶ μέντοι καὶ οὐσίαν μάλα πολλὴν κατέλιπε. Sed Theaetetus, πρὸς τὴν τῶν χρημάτων ἐλευθεριότητα θαυμαστός, casum adversum moderatiss-

tissime tulit: ib. D, Comprobat ingenil modestiaeque laudes respondendi ratione, quae in Theaeteto et Sophista apparet, subtili et verecundâ. In Politico excepit eum SOCRATES, ingeniosus item juvenis et modestus, Socratem τὸν πάνυ cognatione, ut videtur, non attingens, Politic. p. 257, D, 258, A; ἐμὸς, Theaetetus inquit, Sophist. p. 218, B, ἡλικιάτης καὶ ξυγγυμναστής ὃ ξυνδιαπονεῖν μετ' ἐμοῦ ταπρὸς οὐκ ἔστις· cf. etiam Theaet., p. 147, C, Non sine causa Socrates Theaetetum fore aliquando nobilem augurabatur; nec fallax fuit augur: nam aetate proventus cum in pugnando fortis, tum vero καλὸς τε καὶ ἀγαθὸς exstitit. ET. Εἰς λιμένα καταβαίῳν, Θεαιτήτῳ ἐνέτυχον Φερομένῳ ἐκ Κορινθίου ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου Ἀθήναζε. TER. Ζῶντι ἢ τετελευτηκότι; ET. Ζῶντι, καὶ μάλα μόλις. Χαλεπῶς μὲν γὰρ ἔχει καὶ ὑπὸ τραυμάτων τινῶν, μάλλον μὲν αὐτὸν αἰρεῖ τὸ γενονὸς νόσημα ἐν τῷ στρατεύματι TER. Οἷον φῦδρα λέγεις ἐν κινδύνῳ εἶναι! ET. Καλὸν τε καὶ ἀγαθὸν, ὃ Τερψίων· ἐπεὶ τοι καὶ κῦν ἤκουον τινῶν μάλα ἐγκωμιαζόντων αὐτὸν περὶ τὴν μάχην. TER. Καὶ οὐδέν γε ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστότερον, εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν ET. . . ἀνεμνήσθην καὶ ἰθαύμασα Σωκράτους, ὡς μάντικῶς ἄλλα τε δὴ εἶπε καὶ περὶ τούτου . . .· εἶπε ὅτι πᾶσα ἀνάγκη εἶη τοῦτον ἐλλόγιμον γενέσθαι, εἴπερ εἰς ἡλικίαν ἔλθοι. TER. Καὶ ἀληθῆ γε, ὡς ἔοικεν, εἶπε· Theaet. p. 149.

Non tam egregia PHAEDRI fuit indoles: quem filium Pythoclis Μυρβίνουσιον, Athenaeus XI, p. 505, F, negat Socratis aequalem fuisse. Attamen et
in

In Dialogo, qui ejus nomine inscriptus est, cum Socrate disputat, et tum conventus apud Calliam particeps est, Protag. p. 315, C, tum convivii apud Agathonem: Sympos. p. 176. Mollis erat et delicatus, σοφὸς τὰ ἐρωτικά, et valetudinem, forte non sine culpa ejus imbecillem, consiliis sustentabat medicorum: cf. Phaedr. p. 227, A: tum Sympos. l. 1., D: ἔγωγε σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, εἶπα πείθεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἄττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς. Tempus libenter traducebat disputando, Phaedr. p. 242, B, placebatque ei rhetorum maxime in oratione ornatus et calamistri. Lysiam in primis suspiciebat et sectabatur: Phaedr. p. 227, sqq. Tisiae quoque praecepta diligenter lectitabat: τόνγε Τισίαν πεκάτηκας ἀκριβῶς ib. p. 273, A. Imbutus igitur Sricula ista ratione splendide dicendi comtam fucatamque orationem habet ipse Symp. p. 178—181, pariter cadentia similiterque sonantia cupide quaerens, veluti de Achille, p. 180, A, πεπυσμένος, inquit, παρὰ τῆς μητρὸς ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἐκτορα . . . ἐτόλμησεν ἕλκεσθαι, βοηθήσας . . . Πατρόκλῳ . . ., οὐ μόνον ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι, id, quod haud obscure Socrates ridet, p. 208, D, ἔτοιμοι εἰσι . . . ὑπεραποθνήσκειν. ἐπεὶ οἶμι σὺ, ἔφη, Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου ἀποθανεῖν. ἂν, ἢ Ἀχιλλεῖα Πατρόκλῳ ἐπαποθανεῖν, ἢ προαποθανεῖν ἂν τὸν ἡμέτερον Κόδρον . . . μὴ οἰομένους ἀθάνατον μῆμην ἀρετῆς περὶ αὐτῶν ἕσσεσθαι; Porro poëtarum versus verbaque sermoni frequenter im-miscebat: hinc, Phaedr. p. 257, A, δίδασκαί τε

καὶ ἐκτίσται παλινοῦδία, τὰ τε ἄλλα καὶ τοῖς
 θνόμασιν ἠναγκασμένη ποιητικοῖς τισὶ
 διὰ Φαιδρὸν εἰρηθεῖαι. Atqui quod Socrates ibi
 fertur praedicasse, laetius profecto patet. Notae sunt
 voces eorum, qui in Dialogo Phaedro ambitiosa
 reprehendunt ornamenta, et hanc nimii ornatus cul-
 pam, videlicet ex effervescenti Platonis juvenis
 foecunditate et redundantia repetiverunt: verum
 frustra fuerunt illi: nam in his ipsis ornamentis
 Platonis mira cernitur ars, qui a Socrate, ut alibi
 multos, ita nunc Phaedrum facit imitatione illudi,
 Hic enim in quotidiano etiam sermone solebat di-
 cendi affectatae pompam (cf. Sympos. p. 177):
 festivitatum autem consecratione sibi placebat ve-
 hementer, idque se censebat adsecutum, quod in
 eloquentia maximum esset: quare non temere
 hunc potissimum Plato elegit, quem Socrates do-
 ceret dicendi facultatem majus quiddam esse, quam
 aut rhetores isti, aut ipse suspicaretur.

Venio ad LYSIDEM, qui Phaedro junior et fere
 puer inducitur, patris DEMOCRATIS, avi LYSIDIS
 omniumque majorum opibus atque auctoritate no-
 bilissimum: Lysid. p. 205, C. Probat se cum
 Socrate disserens verecundum, p. 213, D, cf.
 etiam p. 207, A, περιστρεφόμενος ὁ Λύσις θαμὰ
 ἐπισκοπεῖτο ἡμᾶς, καὶ δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν προσελθεῖν.
 Τῶς μὲν οὖν ἤκουε τε καὶ ὤκνει μένος προσίεναι,
 docilem, attentum, p. 213, D, εἰδοκεῖ ἄκουτ' αὐ-
 τὸν ἐκφεύγειν τὸ λεχθῆν, διὰ τὸ ἀφῶδρα προσέχειν
 τὸν νοῦν τοῖς λεγόμενοις. δῆλος δ' ἦν καὶ ὅτε ἤκροα-
 το οὕτως ἔχων, omnino, ut visu pulcrum, ita ani-
 mo

modo et virtute praecellentem: p. 207, A, τὴν δὲ διαφέρων· ἰὸν τῷ καλῶς εἶναι μόνον ἄξιός ἀκούσθαι, ἀλλ' ὅτι καλῶς τε κἀγαθός. E condiscipulis unum omnium maxime ΜΕΝΕΧΕΝΟΝ diligebat: Μενεξίων πάντων μάλιστα ἑταῖρος ὧν συγγράμει· p. 206, D, et cum frater patruelis Μενεχενί CΤΕΣΙΠΠΟΣ esset, huius quoque familiaris erat: Κτησίππῳ συγγήνης ἴσθι, διὰ τὸν τοῦτου ἀνεψιὸν Μενέξενον· ibid. Minus acceptus, vel potius molestiis odiosus erat ipsi ΗΙΠΠΟΘΑΛΕΣ, filius ΗΙΕΡΩΝΥΜΙ: quī cum magno ipsum, nec inuito tamen amore prosequeretur, tedium movebat cantilenis in Lysidem et laudationibus modo soluta, modo ligata oratione recitandis: idque ei Ctesippus, p. 204, sq., non dissimulanter objicit, sed, pro more suo, apertissime. Habebat enim hoc Ctesippus: acer erat et petulans et protervus, modestiaeque minus observans, quam deceuit adolescentem: caeteroquin homo, ut videtur, minime malus, qui Socratem cum Menexeno convenit etiam in carcere, Phaedon. p. 59. A, sed μάλα καλῶς τε κἀγαθὸς τὴν φύσιν ὅσων μὲν, ὑβριστικὸς δὲ διὰ τὸ νέος εἶναι· Euthyd. p. 273, A. Qualis fuerit, ex Dialogo maxime Euthydemo cognoscitur. Etenim tum venusta ibi protulit multa, veluti p. 284, D, κακῶς ἔρα, ἔφη, λέγουσιν, ὃ Κτήσιππε, οἱ ἀγαθοὶ τὰ κακὰ, εἴπερ ὡς ἔχει λέγουσι. Ναὶ μὰ Δία, ἢ ὃ θεῶν, σφῶδρα γὰρ τοῦς γούν κακοῦς ἀνθρώπους· ὧν σὺ, εἰάν μοι πεύθῃ, εὐλαβήσῃ εἶναι, ἵνα μὴ σε οἱ ἀγαθοὶ κακῶς λέγουσιν· ὡς εὐόλοσθ' ὅτι κακῶς λέγουσιν οἱ ἀγαθοὶ τοῦς κακοῦς. ἢ καὶ τοῦς μεγάλους, ἔφη ὁ Εὐθύδημος,

μοι, μεγάλλος λέγουσι καὶ τοὺς θερμούς θερμῶς; Μά-
 λιστα δῆπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος· τοὺς γοῦν ψυχροὺς
 ψυχρῶς λέγουσι τε καὶ φασὶ διαλέγεσθαι· item p.
 299, B, ἐπειδὴ ὁμολογεῖς ἀγαθὸν εἶναι φάρμακον
 πίνειν ἄλλοτι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ὡς πλεί-
 στου δεῖ πίνειν, καὶ καλῶς ἐκεῖ ἔξει, ἐάν τις αὐτὸ
 τρήσας, ἐγκεράσῃ ἑλλαβόρου ἄμαξαν; Καὶ ὁ Κτήσιπ-
 πος εἶπε, πάνυ γε σφόδρα, ὦ Εὐθύδημε, ἐάν ἢ γε
 ὁ πίνων ὄσος ἀνδρίας ὁ ἐν Δελφοῖς· ibid. E, ὥσπερ
 σὺ νῦν δὴ ἔλεγες τὸν κύνα τὸν πατέρα . . . Σκύβαλ
 πίνουσαν ἐκ τῶν ἑαυτῶν κρανίων κεχρυσωμέναν, καὶ
 ταῦτα ἐντὸς καθορῶσι τὴν ἑαυτῶν κορυφήν ἐν ταῖς
 χερσὶν ἔχοντες· tum accrba etiam et contumeliosa,
 v. c. p. 288, A, B, θαυμάσιά γε λέγεται . . . ὡς ὑμῶν
 οὐδὲν μέλει τοῦ παραληρεῖν, p. 298, E, p. 299, A,
 τύπτεις τὸν κύνα τοῦτον; Καὶ ὁ Κτήσιππος γελάσας,
 νῆ τοὺς θεοὺς, ἔφη, οὐ γὰρ δύναμαι σέ. Οὐκοῦν
 ἐδὸν σαυτοῦ πατέρα, ἔφη, τύπτεις; Πολὺ μάλιστα,
 ἔφη, δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ, τε
 μαλὼν σφόδρα υἱεὶς οὕτως ἔφυσεν, et de quibus ve-
 re Dionysodorus dicere posset, λοιδορεῖ, ὦ Κτήσιπ-
 πος, λοιδορεῖ· p. 284, E. Verum ibi quidem ex-
 cusatur Sophistarum istorum ineptiis atque arrogan-
 tia, qui CLINIAM, optimum sane juvenem et Ctesippi
 amicam, cum celeriter interrogarent et verborum,
 alternis uterque vicibus, premeret ambiguitate,
 timidum et verecundiam haesitantem titubare
 faciebant: p. 277. C, D. Erat autem Clinias
 frater patruelis Alcibiadis, Ἀξίου μὲν
 υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψίδος δὲ τοῦ
 νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου· p. 275, A, προφερέως, id
 est,

est, ut explicat Scholiastes, τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει πρεσβύτερος; caeterum καλῶς καὶ ἀγαθῶς τὴν ὄψιν. p. 271, B. Neque erat *corpus sine pectore*: ita enim impetum excipit istum, ut, quamvis ad angustias identidem redactus, ingeniosum se ostendat adolescentem. Hunc Cliniam arbitror intelligendum in Xenoph. Symp. IV. 12, sqq., non fratrem Alcibiadis τοῦ πάνυ (ut voluit Schneiderus in Additam. ad Annot. in Xenoph. Memorab. p. 296), sed nepotem Alcibiadis τοῦ παλαιῦ. Minus enim, credo, verisimile est, hominem prope insanum (cf. supra, p. 149), quam adolescentem plane egregium a Critobulo amatum fuisse. Itaque Memor. I, 3. §. 8 et 10, non cum Schneidero pro *υἱὸν* repono ἀδελφὸν, sed vel illam vocem censeo delendam, ut Xenophon quippe in notissima re, simpliciter scripserit τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου; vel, si in nepote significando minus forte placet Ellipsis, emendatione non ita, opinor, audaci, *υἱῶνδον* scribendum esse. Ctesippum, Euthyd. p. 297, D, libenter, PATROCLE pulso, recipere, nisi idem illud ἔλθοι, quod Heindorfium ad Euthyd. p. 386, revocavit, etiam me ab omni mutatione deterreret. Nunc igitur patiar Patroclum illum, cujus pater CHAEREDEMUS fuit, fratrem δημοκρίτου Socratis, p. 297, E, tamquam hominem notari rudem et disputationibus ineptum: Hemsterhusius suspicatus est statuarium esse a Plinio memoratum; sed cf. Heindorf. ad Euthyd. p. 387. Cum Ctesippus acer in disputando, Menexenus ipsi et cognatione et amicitia

junctus esset, Socrates, Lyside p. 211, C, joca-
 catur Menexenum *ἐρωτικὸν* et *δεινὸν* esse, utpote
 Ctesippi *μαθητὴν*. Habuit patrem DEMOPHONTEM,
 qui, exemplo majorum, versatus videtur in res-
 publica fuisse: horum vestigia Menexenus perse-
 qui cupiebat: *τί μάλιστα σὺ πρὸς βουλευτήριον; ἢ
 δηλαδὴ ὅτι παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ τέλει ἠγά-
 θῃ εἶναι; καὶ ὡς ἱκανῶς ἤδη ἔχων, ἐπὶ τὰ μείζω ἐπινοεῖς
 τρέπεσθαι; καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὃ θαυμάσια, ἐπιχειρεῖς
 τῶν πρεσβυτέρων, τηλικούτος ἄν; ἵνα μὴ ἐκλίπη ὑμῶν
 ἢ σίμια ἀεὶ τινα ἡμῶν ἐπιμελητὴν παρεχομένη.* Me-
 nex. p. 234, A. Quibus verbis inest quidem levis
 irrisio honores in republica et auctoritatem medi-
 tantis; sed, cum Plato Socratem inducat oratio-
 nem funebrem Menexeno recitantem, porro tradat
 Socrati affuisse eo, quo venenum bibit, die, ve-
 risimile est in discipulo et amico adeo fideli multa
 præclara fuisse.

Erant etiam in THEAGE multae animi ingenii-
 que dotes, quibus ad philosophiam colendam ap-
 tissimus esset; verum ab hujus studio avocatus
 fuisset ambitione juvenili, nisi infirma eum valetu-
 do, quasi freno, retinisset: *εἴη δ' ἂν καὶ ὁ τοῦ
 ἡμετέρου ἑταίρου Θεάγους χακινὸς οἶος κατασχεῖν,
 καὶ γὰρ Θεάγει τὰ μὲν ἄλλα πάντα παρεσκευάσται
 πρὸς τὸ ἐκπεσεῖν φιλοσοφίας, ἢ δὲ τοῦ σώματος νο-
 σοτροφία, ἀπειργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν, κατέχει.*
 Rep. VI, p. 496, B. Inducit illum sive Plato,
 sive quisquis tandem est Dialogi Theagis scrip-
 tor, disciplinae Socratis cupidissimum eumque,
 ne se dimittat, una cum patre DEMODOCO obsc-
 cran-

crantem. Hujus autem Demodoci, ad quem πρώτον μὲν, Socrates inquit, Theag. p. 127, E, πρεσβύτερος εἰ ἐμοῦ, ἔπειτα πολλὰς ἤδη ἀρχὰς καὶ τὰς μέγιστας Ἀθηναίοις ἤρξας, καὶ τιμῆ ὑπὸ Ἀναγυρασίων τε τῶν δημοτῶν πολλὰ μάλιστα, καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης πόλεως οὐδενὸς ἦττον, hujus igitur si ea fuit ratio confabulandi, quā in Dialogi initio usus est, mirabilis sane fuit. Ista enim verba, πάντα τὰ φυτὰ κινδυνεύει τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα, καὶ τὰ ζῶα, τὰ τε ἄλλα καὶ ἄνθρωπος. καὶ γὰρ ἐν ταῖς φυτοῖς βῆθτον ἡμῖν τοῦτο γίγνεται, ὅσοι τὴν γῆν γεωργοῦμεν, τὸ παρασκευάσασθαι πάντα τὰ πρὸ τοῦ φυτεύειν, καὶ αὐτὰ τὸ φυτεῦσαι· ἔπειδὴν δὲ τὸ φυτεῦθαι βίῳ, μετὰ τοῦτο θεραπεία τοῦ φύντος καὶ πολλή καὶ χαλεπή καὶ δύσκολος γίγνεται· οὕτω δὲ ἔχειν ἔοικε καὶ τὸ περὶ τῶν ἀνθρώπων, et quae ibi plura sequuntur, p. 121. sq., majorem habent declamationis rhetoricae, ampullis plenissimae, quam sermonis communis similitudinem. Sed hoc utcunque est, Theagem locus in Apol. S. p. 33, E, ubi PARALI frater dicitur fuisse; Παράλος ὅδε ὁ Δημοδόκου, οὗ ἦν Θεάγης ἀδελφός, indicat antè Socratis obitum decessisse. Idem de THEODOTO, cujus frater NICOSTRATUS et pater ZOTIS commemoratur, ex eodem loco constat: Νικόστρατος ὁ Ζωτίδου, ἀδελφός Θεοδότου, καὶ ὁ μὲν Θεοδότος τετελεύτηκεν, ὥστε οὐκ ἂν ἐκεῖνός γε αὐτοῦ καταδειχθεῖη.

Acutus videtur et non arrogans fuisse Calliae filius, Phil. p. 19, PROTARCHUS, qui in Dialogo Philebo ita cum Socrate disserit, ut neque he-

betem oporteat ipsum, neque vanum existimari. Cum enim PHILEBUS, aut Sophista, aut simillimus Sophistae, in voluptate summum bonum fidenter posuisset, p. 12, A, ἐμοὶ μὲν πάντως, inquit, νικᾶν ἡδονὴν δοκεῖ καὶ δόξει, Protarchus eum se praebuit Socrati auditorem, quem ad meliorem partes facile traduceret. Patruus Protarchi HERMOGENES in summa paupertate vixit: quod, ut ex Xenoph. Memor. II. §. 3, ita ex Platoni etiam Cratylo patet. Cratylus nomen ipsi Hermogenis, id est, *Mercurio nati*, convenire negat: idque Socrates interpretans, ὅτι οὐ Φησὶ, inquit, σοὶ Ἑρμογένει ὄνομα εἶναι τῆ ἀληθείᾳ, ὥστε ὑποκτεῖν αὐτὸν σκώπτειν. εἴεται γὰρ ἴσως σε χρημάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἐκάστοτε p. 384, C. Quamquam Hermogenes in causa convicti illius infantiam ipse suam suspicatur esse εὐ ἄρα μοι δοκεῖ Κράτυλος λέγειν τὸ ἐμὸ μὴ εἶναι Ἑρμογένη· οὐκ οὖν εἰ μὴ χανὸς γε εἶμι λόγου· p. 408 B. Incertum est quo casu ad egestatem filii sit redactus opulentissimi Hipponici: hominum fraude fortasse, a quorum malitia multum se queritur perpersum: ΣΩ. Τί δέ; ἐς τὸδε ἤδη ἐξενέχθης, ὥστε μὴ πᾶν σοὶ δοκεῖν εἶναι τινὰ ἄνθρωπον πονηρὸν; ΕΡΜ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ πολλάκις δ' αὐτὸ πέπονθα, ὥστε μοι δοκεῖν πᾶν πονηρὸς εἶναι τινὰ ἀνθρώπου, καὶ μάλα συχνούς· p. 386. A, B et praeter Deos sibi nullos superesse amicos Xen. Symp. III. 14. IV. 47—50. At rei familiaris angustiae, in quibus frater versabatur, profecto Calliae non fuerunt honori: quorsum pertinet

nent verba Socratis, Cratyl. p. 391, C, *ἐπειδὴ οὐκ ἔγκρατῆς εἶ τῶν πατρώων, λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελφὸν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ, διδάξει σε τὴν ἀρβόττητα περὶ τῶν τοιούτων, ἣν ἔμαθε παρὰ τοῦ Πρωταγόρου.* Hermogenes non fluentes philosophos, at stabilem potius rationem Parmenidis sequebatur: EPM. *"Ἦδη ποτὲ ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, ἀπορῶν καὶ ἐνταῦθα ἐξηνέχθην, εἰς ἅπερ Πρωταγόρας λέγει· οὐ πάνυ τι μέντοι μοι δοκεῖ οὕτως ἔχειν"* p. 386, A. Dissentiebat igitur hac in re a Cratylo, ad quem cum Diogenes Laërtius, III, 6, tradidisset Platonem se, mortuo Socrate, applicuisse, id reputans Hermogenem etiam Platonis effecit magistrum non Diogenes Laërtius, opinor, sed ineptissimus quidam annotationis auctor, cupiens Platonem, ne scilicet unius Cratylī doctrinā usus corrumperetur, alteram quoque partem audire. Quare verba *Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου Φιλοσοφούντι* una cum particulā *τε* post *Κρατύλω* positā, ex Diog. Laërt. l. l, ejiciendam, ipsius Diogenis causā, opto. Quis enim unquam de Hermogene philosopho aut etiam philosophiæ doctore audivit? Quis, Cratylo lecto, non intelligat Hermogenem, etsi non obtusā, tamen non eā acie ingenii fuisse, ut Plato disceret ab ipso? vel potius cui dubium sit Hermogenem, bonum illum, ut videtur, juvenem, sed neque ingenio, neque doctrinā insignem, philosophiam non nisi primoribus labris attigisse? Mirificus etiam latet error in Xenophonte Memor. I, 2, §. 48. ed. Schneid., ubi ex Codice Parisino nomen Hermocratis insertum est: *Κρίτων τε Σωκράτους ἦν ὁμιλή-*
F f
τῆς,

της, και Χαιρεφών, και Χαιρεκράτης, και Ἑρμοκράτης, και Σιμμίας, και Κέβης, και Φαιδώνδης, και ἄλλοι, οἱ ἐκείνῳ συνησαν, οὐχ ἵνα δημηγορικοὶ ἢ δικανικοὶ γένοιτο, ἀλλ', ἵνα καλοὶ τε κἀγαθοὶ γενόμενοι, και οἶκῳ και οἰκέταις και οἰκείοις και φίλοις και πόλει και πόλιταις δύναιτο καλῶς χρῆσθαι. και τούτων οὐδεὶς, οὔτε νεώτερος οὔτε πρεσβύτερος ὢν, οὔτ' ἐποίησε κακὸν οὐδὲν, οὔτ' αἰτίαν ἔσχεν. Hermocrati, nobilissimo duci Syracusanorum, in adolescentibus, quorum studiis Socrates frequenter expetebatur, locus non potuit, Hermogeni vero prope debuit esse; ut procul dubio non nomen servari Hermocratis ex praecedentis vocis Χαιρεκράτης similitudine ortum, sed oporteat Hermogenis reponi.

De caeteris, qui huc referendi sunt, Plato non nisi paucissima commemoravit. Veluti NICERATUM Niciae Imperatoris filium, quem novimus e Xenophonte, Socrati familiarissimum fuisse, studiosissimum Homeri, interfectum ob divitias a triginta tyrannis, hunc igitur tantum narrat fuisse a Damone in Musicis eruditum, Laches p. 180, C HIPPOCRATIS dicitur filius APOLLODORI, a lacrymabundo illo, ut videtur, diversi, frater PHASONIS οἰκίας ποτὸ μεγάλης τε και εὐδαίμονος · αὐτὸς δὲ τῆ φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικιώταις · ἐπιθυμεῖν ἰμοὶ δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει· Protag. p. 310 B: Sophistas autem, duces videlicet illos ad honores et potentiam, cupidissimus audiendi: ib. p. 310, D. Minus etiam et fere nihil de ΜΙΝΟῦ traditur ac HIPPARCHO. Uterque Dialogo, in quibus

inducitur, nomen dedit: quamquam Bentlejus, ut solet, acute: „dico mihi videri Platonem ipsum dialogum (qui Minoïs nomine fertur) „edidisse, sine nomine personae; fuit solummodo „Σωκράτης καὶ ὁ δεῖνα, *Socrates et quidam*. Postea „Minos factum nomen incerti illius hominis, ex „Mίνως, dialogi inscriptione.” Opusc. Philolog. p. 307. Quam conjecturam, cum prorsus eadem sit in causa Hipparchus, Jo. Fabricius verissime monet etiam in hoc valere. Quod denique ad LEONTIUM, filium AGLAIONIS, attinet, mira de ipso referuntur, quae in summa rei obscuritate simpliciter apponere optimum judicavi. Ἄλλ' ἦν δ' ἐγὼ, ποτὲ ἀκούσας τί, πιστεύω τούτῳ· ὡς ἄρα Λέοντιος ὁ Ἀγλαίωνος ἀνιὼν ἐκ Πειραιέως, ὑπὸ τὸ Βόρειον τεῖχος, ἐκτὸς αἰθανόμενος νεκροὺς παρὰ τῷ δημίῳ κειμένους, ἅμα μὲν ἰδεῖν ἐπιθυμοῖ, ἅμα δ' αὖ δυσχεραῖνοι καὶ ἀποτρέποι ἑαυτὸν· καὶ τέως μὲν μάχοιτό τε καὶ παρακαλύπτοιτο· κρατούμενος δ' οὖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, διεκλύσας τοὺς ὀφθαλμοὺς, προσδραμὼν πρὸς τοὺς νεκροὺς, ἰδοὺ ὑμῖν, ἔφη, ὧ καποδαίμονες, ἐμπλήσθητε τοῦ καλοῦ θεάματος· Rep. IV, p. 439, E.

Sunt, qui a Platone, nomine non addito, memorentur; veluti is, qui τις τῶν παρόντων dicitur, Phaëdon. p. 103, A, non acutissimus certe, et cujus proposita ibi dubitatio nec Ceбетem, neque alium quemquam, magnopere movisse videtur: ἄρα μή που, ὧ Κέβης, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν ὧν ὄδα εἶπεν; Οὐδ', ἔφη ὁ Κέβης, οὕτως ἔχω· καὶ τοιοῦτό τι λίγω, ὡς οὐ πολλά με ταραττει· ibid.

C. Quo loco certam, ut Heindorf. ad Phaedon. p. 202, putabat, emendationem *καίτοι οὐ τοῦτο λέγω*, Wyttenbachius in Ed. Phaedonis, p. 75, non recepit. Tum, ut taceam multos, quorum turbā Sophistae cingebantur, item complures convivas Agathonis, quorum, ut verba Aristodemus, sic nomina Plato omisit; hos praetervectus non omitto virorum supplicio praepositorum ministrum, τὸν τῶν ἑνδεκα ὑπηρέτην, qui cum Socratis fortunae illacrymaretur, ὡς ἀστείος, Socrates inquit, ὁ ἄνθρωπος * καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσήει, καὶ διελέγετο ἐνίοτε * καὶ ἦν ἀνδρῶν λῆστος * καὶ νῦν ὡς γενναίως με ἀποδακρύει * Phaedon. p. 116, D. Fieri denique potest, ut homines, ipsius aetate abunde noti in vulgus, exagitentur, v. c. Polit. p. 298, A, B, ubi varia medicorum gubernatorumque scelera produntur, τῆν Rep. VI. p. 495, E, δοκεῖς οὖν τι διαφέρειν αὐτούς ἰδεῖν ἀργύριον κτησαμένου χαλκίως, Φαλακροῦ καὶ σμικροῦ, νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελυμένου, νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένῳ, διὰ πενίαν καὶ ἐρημίαν τοῦ δεσπότου τῆν θυγατέρα μέλλοντος γαμεῖν; aliis item in locis iisque multis. Quorum hominum nomina tenere, interest non sane multum; sed, etiamsi quam plurimum interesset, non tamen possent excogitari magná similitudine veritatis.

Itaque opus ad finem perductum quidem est: absolutum vero ut sit, mihimet ipsi conscius sum immensum quid abesse. Cum inchoarem illud, fateor me sperasse, ut, si diligentiae ac labori non pepercissem, scriptio mea quâdam ad Platonis intelligentiam historiamve explendam utilitate, suavitate aliquâ saltem, utpote in suavissimo versata argumento, commendaretur. Postea, quod prius intelligere praestitisset, intellexi, quae ad Prosopographiam Platoniam rite perficiendam requiruntur, mihi, nisi plane deesse, certe pro operis, quod conatus sum, magnitudine, parum adesse. Quoties enim cujusvis Dialogi lectionem iteravi, toties veneres reperi antea latentes, ut dubium non sit plurimas elegantias festivitatesque, uberrimâ demum doctrinâ longissimâque limae morâ inveniundas, sed quas tamen observavisse ad hominum notitiam sanequam multum profuisset, me nunc etiam fugisse. Cogitanti igitur, quantum illi, quod effeci, a specie differat, quam insidere sentio menti, neque a me exprimi potuisse; scriptionis hanc igitur mediocritatem cogitanti, petendum videtur ab iis, quorum in arbitrium venerit libellus, ut non acres se, verum aequos, vel paululo plus etiam quam aequos operae praebeant existimatores: ut si infinita hoc in Opusculo aut, quae dicenda fuerunt, desiderent,

aut, quae dicta sunt, reprehendant, nolint arrogantiae adsignare suscipiendi temeritatem; sed imperitiam potius adolescentis censeant in causa fuisse, cur gravius susciperetur onus, quam his quidem viribus potuerit sustineri. Etenim longe multumque malim, imprudentiâ, quae juventutis est, errasse, quam impudentiâ, quae nullius aetatis est, peccavisse.

T A N T U M.

I N D E X

EORUM, QUI A PLATONE NOMINATI
IN HAC DISPUTATIONE OCCUR-
RUNT.



*Nomina eorum, qui in Platone nominatim non in-
veniuntur, sed de quibus existimationis indicia
mihi videor reperisse, ductu literarum obliquo
significantur. Eadem notâ apponuntur Scrip-
tores, in quibus emendatio suadetur.*

A.		Aeschines.	57
Acumenus.	194	Aeschylus.	32, sq.
Acusilaus.	11	Aesopus.	14
Adimantus		Agathocles.	186
Aristonis.	207, sqq.	Agathon.	166, sqq.
Cepidis.	213	Aglaophon.	189
Leucolophidae.	213	Alcibiades.	146, sqq.
Adrastus.	141	Amipsias.	180
Aeacus.	7	Amphion.	7
		Anacharsis.	25
			Ang.

Cretensis.	126
Clitophon.	107
Connus.	141, 185
Coriscus.	153
Cratinus.	153
Cratylus.	85, sq.
Crison.	196
Critias.	137, sqq.
Crito.	200, sqq.
Critobulus.	202
Ctesippus.	217, sq.
Cyrus.	29, sq.

D.

Damon.	186, sqq.
Darius.	30
Democrates.	218
<i>Democritus.</i>	41
Demodocus.	222, sq.
Demophon.	222
Demus.	132
<i>Diogenes Laërtius. Emenda-</i> <i>tio suadetur.</i> III, 6 (225)	
VIII 25. (59.)	
Dion	
orator.	137
Syracusanus.	154
Dionysius	
ludimagister.	197
tyrannus.	131, sqq.
Dionysodorus.	86, sq.
Diopompus.	196
Diotima.	124, sq.
Dripides.	183

E.

Echecrates.	167
Empedocles.	35, sqq.
Epicharmus.	19, sq.
Epicrates.	114
Epigenes.	213
Epimenides.	35
Erastus.	153
Eryximachus.	194, sq.
Evathlus.	146
<i>Eubulus.</i>	18
Euclides.	54
Eudicus.	94
Eudoxus.	153
Evenus.	94, sq.
Eudorus.	196
Euphraeus.	153
Euphronius.	215
<i>Eupolis.</i>	180
Euripides.	161, sqq.
Eurybatus.	182
Eurybius.	153
Euthydemus	
Cephal.	112
Dioclis.	214
Sophista.	86, sq.
Euthyphron.	170

F.

Familiaris Apollodori.	125
Familiaris Socratis.	125
Gg	G.

		Apollodori.	226
		Coüs.	193, sqq.
		Hipponicus.	130
		Hippocholes.	219
Glaucón		Homeridæ.	168, sqq.
Aristonis.	64, 207, sqq.	Homerus.	9, sq.
ejus avus.	213	Hospes Atheniensis.	126, sq.
familiaris Apollodori.	213	Hospes Eleaticus.	75
Tejus.	170		
Glaucus.	170		
Gorgia.	98, sqq.		
I.			
		Ibycus.	15
		Iccus.	196
Hegesippus.	153	Ion.	170
Helicon.	153	Ismenias.	136
Heracides		Isocrates.	117, sq.
Clazomenius.	151		
Syracusanus.	152		
Heracitus.	35, sqq. 81, 84, sqq.		
Hermocrates.	153, 225, sq.	Laches.	144, sq.
Hermogenes.	224, sq.	Lamachus	146.
Herodicus		Lamiscus.	153
frater Gorgiæ.	190	Lamprocles.	185
Selybrianus.	193, 195	Lamprus.	141, 185, sqq.
Herodotus.	33, sq.	Leochares.	189
Hesiodus.	11	Leon.	47
Hipparchus		Leontius.	227
tyrannus.	27	Licymnion.	103
privatus.	226, sq.	Lycon.	147
Hipparinus.	152	Lycophron.	137
Hippias		Lycurgus.	21, sq.
tyrannus.	27	Lysanias.	111
Sophista.	91, sq.	Lysias.	111, sqq.
Hippocrates			
			Ly.

Lysiclides.	153
Lysimachus.	129, sq.
Lysis	214, sq.
Atheniensis.	218, sq.
Pythagoreus.	70

M.

Megillus	126
Meles.	188, sq.
Melesias.	129, sq.
Melissus.	73
Melitus.	47, 165, sq.
Menexenus.	219
Menon.	100, sq.
Metrodorus.	170
Miccus.	197
Midias.	198, sq.
Miltiades.	31
Minos	
tyrannus.	7
privatus.	226, sq.
Mithaecus.	197
Musaeus.	8
Myson.	23

N.

Nausicydes.	135
Niceratus.	146, 226
Nicias	
dux Atheniensis.	144, sq.
Heroscandri.	146.
Nicostratus.	223

O.

Onatus.	70
Orpheus.	8.
Orthagoras.	188

P.

Palamedes.	74
Paralus.	128
Parmenides.	72, sq. 75. 81
Patrocles.	221
Pausanias	
Atheniensis.	206, sq.
Lacedaemonius.	18
Perdiccas.	153
Periander.	24
Pericles.	122, sqq.
Phaedon.	53
Phaedondas.	66
Phaedrus.	216, sqq.
Phaenareta.	51
Phanosthenes.	151
Phason.	226
Pherecrates.	181, sq.
Phidias.	189
Phidostratus.	197
Philebus.	224
Philemon.	146
Philippides.	84
Philippus.	203
Philistion.	153
Philolaus.	64, 66

G g s

Phi-

Philomelus.	84	<i>Plusarchus Emendatio sua-</i>	
Phocylides.	15, sq.	<i>detur</i> in Pericl. c. 4.	
Phoenix.	203	(186, sq.)	
Phrynichus.	19	Polemarchus.	112
Phrynonidas.	182	Polus.	102, sqq.
Pindarus.	34	Polycletus.	189
Pittacus.	24	Polydamas.	196
Plato.	127 sq.	Polygnotus.	189
<i>Emendatio suadetur</i> , Eu-		Polyxenus.	153
thyd. p. 289, E. (116.)		Prodicus.	87, sqq.
p. 299, B. (220.) Pro-		Protagoras.	79, sqq.
tag. p. 322, A, B. (83,		Protarchus.	223
sq.) p. 335, E. (196.)		Pyrilampes.	212
Gorg. p. 473, B. (106, sq.)		Pythagoras.	26
p. 493, A. (39.) Phileb.		Pythoclidides.	186
p. 16, C. (59) Alcib. I.		Pythodorus.	74
p. 120, A. (198.) Char-			
mid. p. 155, A. (214) Menex.		R.	
p. 242, C. (144.) Rep. I.		Rhadamantus.	7
p. 330, C. (111) p. 344,			
E, (109.) II. p. 375,		S.	
(209) III. p. 407, A, B.		Sannio.	151
(16.) V. p. 453, C. (209)		Sappho.	15
VI. p. 493, B. (97, sq.)		Sarambus.	197
p. 494, D. (105.) VIII.		<i>Scholiastes</i> Aristophanis. <i>E-</i>	
p. 535, C. (209) p. 554,		<i>mendatio suadetur</i> : ad	
B. (210) IX. p. 579,		Aves. v. 360. (88) v.	
A. (211) p. 582, C.		1296. (198)	
(210) X. p. 599, E. (35)		<i>Scholiastes</i> Platonis. <i>Emen-</i>	
Symp. p. 182, A. (113)		<i>datio suadetur</i> : ad Alcib.	
Phaedr. p. 246, E. (161.)		l. p. 118. (189, sq.) p.	
p. 267, B. (99.) Epist.		120, A, (198)	
II. p. 311, A. (30.)		Scopas.	18
			Sim-

Simmias.	64, sq.	Thrasymachus.	106, sqq.
Simonides.	17	Thucydides	
Socrates		adversarius Periclis.	129
<i>δ πρῶτ.</i>	46, sqq.	hujus nepos.	129, sq.
juvenis.	215	<i>historiae scriptor.</i>	141,
Solon.	22, sq.	sq.	
Sophocles.	158, sqq.	Timaeus.	66
<i>Sophon.</i>	174	Timarchus.	146
Sophoniscus.	52	Tisander.	135
Speusippus.	153	Tisias	
<i>Stasinus.</i>	12	rhetorices magister.	99, 217
Stephanus.	130	Dionysii satelles.	153
Stesichorus.	13	Tynnichus.	170
Stesimbrotus.	170	Tyrtaeus.	13

T.

Talus.	7		
Taureas.	197	Xanthias.	196
Terpsion.	54	Xanthippa.	52
Thales.	24, sq.	Xanthippus.	128
Theaetetus.	215, sq.	Xenophanes.	27
Theages.	222, sq.	<i>Xenophon.</i>	56, sq. 93, 101
<i>Theano.</i>	70	<i>Emendatio suadetur:</i>	
Thearion.	197	Memor. I, 2, §. 48	
Themistocles.	30, sqq.	(226) 3, §. 8 et 16	
Theodorus		(221)	
geometra.	190		
orator.	111		
Theodotes.	152		
Theodorus.	223	Zeno.	74
Theognis.	16	Zeuxippus.	189
Thespis.	18	Zotides,	223
Thrasyllus.	151		

Z.

ERRATA ET OMISSA.

Pag. 2. lin. 1. meditandis. Leg. lectitandis. — p. 3. l. 15. meditarer. Leg. cogitâsem. — p. 40. lin. 24. quae quae. Leg. quaeque. — p. 47. lin. 24. quoniam. Leg. quoniam. — p. 105. lin. 3. si non sensu caret communi? Leg. si non ratione caret? Nam *sensus communis* eâ significatione, qua Galli dicunt, *le sens commun*, vereor ut sit Latinum: quod coepi dubitare, cum incidissem in Bentleji notam ad Horat. Serm. I. 3. v. 66. — p. 158. l. 17. Postea non sine molestia (*pau-peris enim est numerare pecus*) intellexi idem jam a Gronovio observatum esse. — p. 183. lin. 8. dissensu. Leg. dissensione. — p. 189. lin. 11. Protag. p. 495. Adde ZEUXIS, Gorg. 453, C, D. — p. 215. l. 2. scribendum esse. Adde. Quamquam constat, cum ea est verborum collocatio, ut de sententiâ dubitari non possit, *δαντῆ* subinde pro *ἐμάντῆ* etiam a Platone usurpari: v. c. in Phaedon. p. 91, C; *μὴ ἰγὼ ... ἄμα δαντὸν τε καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας ... οἰχήσομαι*. — p. 220. l. 9. *δ πίνων*. Adde. (Malim *δ πίνων*. Neque enim potionem, dum miscetur, quis haurit, sed *hausturus est*) — p. 223. l. 25. ZOTIS. Leg. ZOTIDES.

T H E S E S:

I.

Plato de iis, qui in scriptis ejus sive loquentes inducuntur, sive quavis de causa commemorantur, tum, quod verum erat, sensitse; tum, quod sentiebat, significasse videtur.

I I.

„ Ad cognoscendos Graecorum mores nullum
„ exstat illustrius theatrum, quam unusquisque fe-
„ re Platonis Dialogus. Uti enim qui illic agentes
„ inducuntur, insignes fere omnes sunt vel sapien-
„ tia existimatione, vel orationis facultate, vel
„ ingenii acumine, vel animi altitudine, ita qui
„ eos inducit spectandosque praebet, acer nimi-
„ rum est ille morum ingeniorumque existimator,
„ cultissimus ipse et venustissimus.” Heusdius
„ in Specimine Critico in Platonem: p. XVI.

I I I.

I I I.

„ In Xenophonte est imago Socratis, vere et egregie sane expressa, sed imago. In Platone est ipse Socrates, nisi materiâ, certe formâ et ratione: spirat, movetur, agit, legentem animat et in actionis societatem inducit.” Wyttenb. in Praef. ad Sel. Hist. p. XXXIV.

I V.

Etiamsi Plato sententiam Socratis, suas quoque opiniones memoriae mandaturus, minus, quam Xenophon, religiose tradiderit: tamen, ut in hujus, sic in caeterorum naturâ moribusque depingendis Xenophontem diligentia superavit.

V.

„ Credibile est jam ipsius Platonis aetate lectionem librorum ejus frequentatam multum valuisse ad conversionem veteris comoediae, ut sal Atticus, quem *Eupolis* atque *Cratinus Aristophanesque* poëtae, *Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est*, multum quidem et acrem, sed acerba suffusum bile, gerebant, paulatim per mediae poëtae comoediae, tum novae in primis Menandrum, ab his labibus purgaretur, et ad germanam Atticam festivitatem elegantiamque redigeretur.” Wyttenb. in Epist. ad Heusd. p. XLIV.

V I.

„ Est in Platone illa ingenii vis et materia, sed
datis temperata affectibus, sed varia et perpe-
tua, quae ipsa lenitate et frequentia nullam non
planè ferream naturam molliat ac flectat.” Wyt-
tenb. in Praef. ad Sel. Historic. p. XXXIV.

V I I.

Ruhnkenius praecclare statuebat: „ Quod Hora-
tius verissime pronunciat,

*Scribendi recte, sapere est et principium et fons;
Rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae:*

„ non modo res, sed rationem, in Socraticorum
libris consignatam esse: nec esse aliud quid-
quam magis Socraticum, quam *ἐκπνευματόν τῶν
τύφου*, inaniem tumorem ac ventum ex animis
detrahere, praejudicatasque opiniones expurga-
re, animique oculos in se ipsum, et ad sui ip-
sius cognitionem, convertere. Igitur, si quid
aliud, suadebat, ut Xenophontei et Platoni-
ci Dialogi legerentur, quippe qui non so-
lum verissimam Atticae elegantiae normam, sed
unicam certissimamque stultitiae arrogantiae-
que medicinam, *τὸν κριτικὸν καὶ καθαρικὸν λό-
γον*, judicandi purgandaeque mentis rationem
continerent.” Wyttenb. in Vita Ruhnk. p. 241.

V I I I.

„ Platonis scripta nemo intelligit nisi Graecae
„ linguae accurate intelligens. Si nil nisi facta
„ quaerimus, ut in historia, possit sane scriptor
„ in vulgarem linguam verti: sed ita, ut pereat
„ omne orationis lumen et acumen, omnis affec-
„ tus sensusque dictionis, omnis gratiae venus-
„ tatisque flos: quae omnia singulis verbis et
„ constructione continentur, nec alia in lingua
„ pariter exprimi possunt: veluti ex magno in-
„ tervallo pulcri corporis non nisi universam fa-
„ ciem extremis quasi lineis designatam videmus:
„ peculiare pulcritudinis partes, os, oculos, ob-
„ tutum, lineamenta, vultum, colorem, animi
„ morumque significationem, non videmus. Neque
„ adeo facta ipsa recte intelligere possumus, sine
„ cognitione opinionum, institutorum, morum,
„ omnium omnino rerum illius aetatis.” Wyttenb.
in Ep. ad Heusd. p. XXXVII.

I X.

Licet Platonis scripta nonnulli, nostrâ aetate,
cupidius ipsi abjudicare videantur; fatendum ta-
men est, sub nomine ejus haud pauca ferri, quae
ob elegantiae defectum, ineptam rationem dispu-
tandi aliave ipso minime digna, vix ab eo profi-
cisci potuerunt.

X.

„ In Graecorum gente, quum e gymniciis exercitationibus, simul cum corporis robore, animi etiam constantia quaedam ac fortitudo contraheretur: e musicis autem certaminibus, simul cum animi temperantiâ, humanitate, pudore, ingenii etiam tractabilitas, liberalitas, elegantia duceretur, et si quid vel ex illis crudi durive contrahi, vel ex his delicati mollisve duci videbatur, justo id omne temperamento ad summam misceretur concinnitatem; ex hac utriusque artis conjunctione in nulla non juvenili mente existebat acer quidam idemque certus cum honesti decorique, tum pulcri venustique sensus, quo nil non magnum, praeclarum, generosum, nil non elegans, concinnum, suave, continuo agnoscebant vehementique amore complexabantur.” Heusd. in Spec. Crit. p. XVI.

X I.

Si Romani, Graecorum in literis imitatores, cum magistris conferantur; quamquam ab eorum excellentia adeo longe, cunctis prope in rebus, absunt, ut ipsa comparatio habere iniquitatis multum videatur: sed si conferantur tamen, in primis hoc teneri oportet, doctrinarum notitiam Romae quidem paucissimorum numero conclusam fuisse; in Graecia vero maximeque apud Athenienses incredibilem humanitatis atque elegantiae sensum totâ in civitate diffusum fuisse.

X II.

X I I.

Cicero, ut a scriptoribus Graecis ubique, plurimumque a Platone pendet; sic in libris de Republica totus Platonicus est.

X I I I.

Ratio, qua in libris de Republica plures Platonis loci expressi sunt, indicio videtur esse, fragmenta illa a nemine nisi a Cicerone scribi potuisse.

X I V.

Cicero, ut popularibus nimium tribuere solebat, ita videtur in Bruto oratores Latinos paulo vehementius, quam sentiebat, ornasse.

X V.

Cicero, etsi fuerunt ante eum summi in Romanis oratores, princeps tamen doctrinam non secus atque ingenio excelluit.

X V I.

„ Jurisconsulti, quorum fragmenta in Pandectis
„ supersunt, etsi labente Latinitate vixerunt, ta-
„ men ex Mucii Scaevolae, Servii Sulpicii, Alfe-
„ ni Vari, et aliorum veterum libris, quos le-
„ gendo conterebant, et ex ipso Edicto Perpetuo,
„ quod

quod memoria tenebant, talem orationis nitorem duxerunt, ut in classicorum scriptorum numerum recipiendi videantur." Ruhnk. in Praef. ad Lexicon Schefferianum, p. II, sq.

X V I I.

Veteres Scriptores illi ipsi, qui celerrimos ingenii motus habuerunt, limae laborem moramque adeo non fastidiverunt, ut scripta expoluisse incredibili operae diligentia videantur.

X V I I I.

"Stilus optimus dicendi effector ac magister: neque injuria: nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit; hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit." De Orat. I, 33.


X I X.


"Summi quavis aetate viri, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. Quodsi non hic tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen haec animi adversio humanissimam ac liberalissimam judicanda esset." Cic. pro Archia; c. 7.

X X.

„Nec disputari sine reprehensione, nec cum
„iracundia aut pertinacia recte disputari potest.”
Cic. de Finibus : I, 8.








This book should be returned to
the Library on or before the last date
stamped below.

A fine is incurred by retaining it
beyond the specified time.

Please return promptly.

527545
OCT 9 1965

Cancel



Gp 83.373

Platonica prosopographia :

Widener Library

005094905



3 2044 085 153 617